

Qvadripartitae Conciones Stanislai Grodicii Societatis Iesv

Qvarum Primae, Timorem Sanctvm Incvtiunt; secundae Fidem Catholicam confirmant; tertiae Spem erigunt; postremae diuinam in nobis Charitatem excitant ...

Continet sex Dominicas Quadragesimae, & coenam cum paßione Domini

Grodzicki, Stanisław

Ingolstadii, 1609

Feria Sexta In Parasceve. Paßio Domini nostri Jesv Christi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56003](#)



FERIA SEXTA IN PARASCEVE.

*Pas̄io Domini nostri Iesu
Christi.*

PRO O E M I V M.



E Q U E textus Euangeli-
cus, neq; diuisio ylla hic
præmittitur. Hoc enim
respectu quidem sacræ
historiæ in prima concione breui-
ter, respectu vero nostrarum cōcio-
num in præfatione huius tertij to-
mi abunde præstimus. Illud vero
& insuetum est & fieri nequit. In so-
lens est enim in eiusmodi concio-
nibus lectionem Euangelicam præ-
mittere, quod tamen aliis diebus
hitce in partibus fieri est usitatum.
Sed

Sed & iuxta instituti nostri rationem fieri nequit. Cum enim nos totam passionis Christi Iesu historiam tractandam, & explicandam suscepimus, nullus vero Euangelistarum eam exactè solus conscripsérit, ex omnibus quatuor concordia quædam Euangelica colligenda nobis erit, quod Christo duce faciemus: & ut quisnam sit sacer textus omnibus constet, illum maiusculis quos vocant, characteribus impri mendum curauimus. Reliqua verò quæ hic notanda erant, in illa præfatione habentur.



CONCIO I.

Litera cum doctrinis, & imitatio.

A Marissimæ, ignonimiosissimæ, & crude
lissimæ passionis ac mortis Christi Iesu
Domini nostri quâ pro nobis proq[ue] peccatis
salute ac redēptione nostra vltro, & spontaneè


*Memoria
passionis
IESV.*

tancè suscepit iussu & ordinatione Ecclesie, imo ipsiusmet Iesu. voluntate die hodierna memoriam agimus dilectissimi, proinde sermo nobis hac de re instituendus erit. Id vero quā ratione & methodo agendum sit diu sāne multumq; deliberaui. Est enim passio domini Iesu sicut bonitatis & misericordiæ diuinæ, ita doctrinarum & instructionis nostræ immensum pelagus: vnde quid potius haurias vix reperias. Sunt & modi finesq; eam contemplandi varij. Etenim valet tum ad contritionem, tum ad compassionem, tū ad admirationem, tum ad compunctionem, tum ad gratiarum actionem, tum ad alios sanctos affectus in nobis excitandos. Ceterum quia die hodierna historiæ sacræ quam ex omnibus Euangelistis colligemus ductū sequi instituimus, hec quidem obiter & sparsim pro data occasione, duo verò præcipue præstare conabimur: alterū litteræ difficultates quantum in nobis est tollere: alterum per considerationem humilitatis, patientiæ, obedientiæ, iustitiæ, cæterarumq; Iesu virtutum quanam ratione dicto illi principis Apostolorum Christus passus est pro nobis vobis relinquens vestigia eius à nobis fieri satis possit, perpendere studebimus. Quę quidem materies ut videtis amplissima est, & multarum horarum, nec perfunctorie tractanda. Potro vires loquentis cum corporis, tum animi

*Scopus ha-
iues cōcionis*

1. Pet. 2. 21.

timi ferverisque diuini, in quo totum consistit sunt per exiguae; auditor autem vereor ne is sit, qui esse consuevit frigidus ac somnolentus. Quapropter ignis diuinus est nobis omnibus necessarius, qui & corda nostra accendat, & oculos mentis illuminet, & os quidem meum ad affectuosè loquendum, aures vero vestras ad attente audiendum accommodet. Oremus igitur dilectissimi, ut cum nobis Dominus largiri dignetur flexis genibus deuote, & ferverenter recitando semel. Pater noster, & Ave Maria.



PRIMA PARS.

HORTVS

NE nimis protracta & continuata oratio, & mihi sit onerosa, & vobis fastidiū pariat somnumque conciliat, sacram hanc historiā simpliciter in partes quatuor diuidemus, quarum prima q̄ in horto, altera quæ apud principes Iudeorum, tertia quæ coram Psal. 2.3 regibus terræ: postrema quæ in itinere, & ipso monte Calvariae acta fuere continebit. Itaque post ea de quibus hesterna die disseverimus, & post longum illum, ac profundissimum, quem ad solos electos discipulos habuit Iesus Christus sermonem, inquit D. Ioannes.

Tt

HÆC

2016 PASS. DOM. N. IESV CHRISTI.

HÆC CVM DIXISSET. Cum con-
cionem illam longam finiuisset.
EGRESSVS EST CVM DISCI-
PVLIS SVIS. Cum vndeциm videlicet A-
postolis.

*Situs Ce-
dron.*
*2. Reg. 15.
15.23.*
*1. Figura
Dauid.*
*Dominica
1. Aduent.
conc. 1.*
*Conuenie-
tia tres.*
*Totidem
differentia.*

TRANS TORRENT EM CE-
DRON. Qui decurrebat inter montes oli-
ueti, & Sion in valle Iolaphat. Egressus est
autem: tum ut figuram Dauid fugientis im-
pleret, tum ut ibi pati inciperet, vbi extremū
ipsius iudicium futurum creditur, prout a-
lias docuimus. Cæterum inter figuram rem-
que ipsam sunt aliquot, tum similitudines,
tum differentiae, ut esse semper consueverūt.
Conueniunt tum quod tam Dauid, quam
Christus eundem transeant torrentem, tum
in occasione utriusque data, Dauidi quidem
ab Absalone, Christo vero à Iuda, in quem
Iesus plura, & potiora quam Dauid in filium
suum contulerat beneficia: tum denique in
modo. Dauid enim progrediebatur septus
famulis suis à dextris, & à sinistris qui om-
nes ibant pedibus suis flentes, cum Iesu vero
forte etiam flentium; qui omnes pedestres
itidem ambulabant. Differunt vero, Pri-
mo, quia Dauid inuitus; Christus vero spon-
te & voluntarie id fecit. Deinde Dauid tum
Absalonem, tum mortem fugiebat: at Iesu
& Iudæ, & morti vltro se offerebat. Postre-
mo

mo David secedebat iniuriā gladio vindicaturus; Christus vero plagas, & ignominias innumeras patienter toleraturus. Nonne hæc me tacete tum mysteria, tum doctrinas mentibus vestris ingerunt multas? Vnam noto. Si tanti reges, terrenus alter, alter vero cœlestis, afflitti licet à Deo essent aliam tam afflictionem sibi addebat sequi humiliabant (ut unus eorum de se ipso testatur) tum pedibus ambulantes, tum alia similia operantes: quid nos qui cum illis non sumus comparandi, agere oportet ad nostri humiliationem & mortificationem? Alacriter ergo & peregrinationes ad ecclesiæ, & alias eiusmodi peragamus.

Verum enim uero quod ad figuræ attinet, in illis recensendis, & applicandis immorari animus non est. Quando enim finiremus cum sint penè innumeræ? Nam quis ab ipso mundi exordio inter Patriarchas, Iudices, Reges, & Prophetas celebris fuit, qui auctus hodierni aliquam in se figurā non gesserit? Attingamus aliquot. Hodie nouus Adam pro antiquo Adā poenas luit, & feliciorem sponsam ex latere suo ipse sibi format quam Eva à Deo formata erat. Hodie frater maior natu Cain, Pontifices inquam Iudeorum nequissimi, innocentem Abel scelerate mactant. Hodie Enoch ambulans cum Deo ab oculis impiorum tolli-

*AFFLI-
CTIO p̄d-
tanea suscep-
tienda.*

*NOTA.
Pſa. 34. 13*

Patriarchis

*2. Ad adam
plex.
Gen. 2. 11.*

*3. Abel.
Exod. 4. 8.
4. Enoch.
Gen. 5. 24.*

Tt 2. tur

5. Noe du- tur neque in conspectu illorum comparet
 plex. amplius. Hodie Noe per lignum ab omni-
 Gen. 9. 22. modo interitu genus conseruat humanum:
 & inebriatus vino amoris in tabernaculo
 crucis nudus pendens à maledicto Cham ir-
 6. Abrabā. ridetur. Hodie Abraham immolat filium
 Gen. 22. 3. 9. suum, nec est qui prohibeat omnipotente
 7. Isaac. sic volente. Hodie Isaac lignum crucis, in
 Ibid. v. 6. quo offerri debuit fert in dorso suo, nec ve-
 8. Iacob. Iacob in baculo suo transit Iordanem seueri
 duplex. iudicij diuini (Iordanis enim fluius iudicij
 Gen. 32. 10. nuncupatur) post triduum cum duabus
 9. Ioseph. turmis redditurus. Hodie Ioseph à fratribus
 Gen. 37. 28. oditur, venditur, traditur, multa prius in Æ-
 gypto passurus, postea vero regnaturus. Ho-
 10. Iude. die catulus leonis Iuda, filius nimirum cun-
 Ge. 40. 9. 11. cipotentis Dei, in assumpta natura huma-
 na propter prædam ascendens in crucem, la-
 uit in vino stolam suam, & in sanguine vñē pal-
 lium suum. Quod videntes Angeli exclama-
 runt. Quis est iste qui venit de Edon tinctis ve-
 stibus de Bosra? ampliusque interrogarunt.
 Quare rubrum est indumentum tuum, & vesti-
 menta tua sicut calcantium in torculari? Qui-
 bus ipse respondet. Torcular calcaui solus, &
 de Gentibus non est vir mecum. Ita est bone
 Iesu, ita omnino se res habuit dulcissime Sal-
 uator, sis benedictus in sæcula, & effice, vt
 nos quoque te imitando calcemus torcular

cor-

corporis nostri etiam usque ad sanguinem
tui ergo.

Hæc de Patriarchis, ex primo libro Moysi. *Ex iudicib.
Et regibus.
11. Moses
triplex.*
Iudices & reges sequuntur. Quorum pri-
mus Moyses, hodie primum Pascha immo-
lat, postes orbis terræ sanguine signat, & per
*Exo. 12. Et
mare non natura, sed ipsiusmet noui Moysis
14. cap.*
rubricatum sanguine, non israeliticum mo-
do, sed totius penitus terrarum orbis popu-
los vniuersos, & traducit & saluat. Hodie
magnus dux Iosuæ terram repromotionis *12. Iosua
12. duplex.
P. 77. 5. 4.
13. Gedeon
Hodie Gedeon fracto vase fictili corporis nis.
sui succensis verbi diuini facibus, & orbem *Iud. 7. 20.
illuminauit vniuersum, & inimicos suos in
rabiem vertit. Hodie Iephœ parra ex ini-
micis victoria, filiam suam, dilectam inquā
animam suam patri æterno, in igne tum a-
moris, tū tribulationis maximè cremauit &
obtulit. Hodie Samson fortissimus multo
plures, & præstantiores Philistæos infernales
moriens interemit, quam viuus prostraue-
rat. Relinquo alios Iudices, sed ex regibus il-
los tres tantum insinuo, de quibus sapiens;
præter David & Ezechiam, & Iosiam omnes *Eccl. 49. 5.
peccauerunt. Hodie itaque Dauid, tulit ba-
culum suum quem semper habebat in manibus, 16. Davidis
1. Reg. 17. crucem inquam suam cui confixus fuit ma-
nibus, & elegit sibi quinque limpidissimos lapi-
des,***

des, vulnera videlicet quinque præ ceteris
plagis sicut grauiora ita splendidiora : cum
quibus processit aduersus Goliath Philisteum,
nempe ipsum Luciferum infernalem quo
prostrato ipsiusmet gladio caput à ceruici-
bus eius auulsit, & castra Philistinorum in
prædam populo verè Israelitico dedit. Ho-
27. Ezechia.
4. Reg. 18. 4.
die Ezechias dissipauit excelsa & contriuit sta-
tuas, & succidit lucos, confregitq; serpentem &
neum, quem fecerat Moyse, quando Christus
Iesus filius Ezechia secundum carnem, pen-
dens in cruce, & figuram istam perfectissi-
mè impleuit, implendoq; aboleuit : &
Ethnicorum Idololatrias merito passionis
suæ confregit, conuersionisq; illorum in
Centurione hodie clamante, VERE FI-
LIVS DEI ERAT ISTE initium
28. Iosie.
4. Reg. 22.
12.
4. Reg. 23. 3.
dedit. Hodic Iosias scidit vestimenta sua,
& flens fædus percussit coram Domino, om-
nesq; abominationes tam ex Iuda, quam
ex Israel fustulit: atque ita populum tam Iu-
da, quam Israel ad Deum suū reduxit, quod
nullus regum Iuda ante illum fecit: sed fecit
Christus Iesus multo perfectius, quando nō
vestimenta, sed corpus suum die hodierna
discindi, & lacerati passus, cum clamore valido
& lachrynis, nouum fædus percussit cum
Deo Patre, nouumq; illi pop. non ex Iu-
dais tantum, sed & ex gentibus aggrega-
uit.

Heb. 5. 2.

Quid

Quid dicam de Prophetis? Quatuor tantum priores quos maiores vocamus indicem.
 Et Isaías quidem vir maximæ auctoritatis,
 & vt volunt quidam è stirpe regia prognatus, nudus ambulans, quid aliud quam nuditatem hodiernam Christi Iesu regis regū præfigurat? Potro Ieremias primum ligatis, postea ferreis catenis onuslatus incedes, vincula crucemq; Christi ex vtraque confecta materia recte denotat. Ezechielis vero cui dicitur: *Et portabis iniquitatē domus Israel, et iterum, assumes iniquitatem domus Iuda;* nonne aperte illum designat qui hodie, vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelerā nostra, ut veteris Testamēti canit Euangelista? Denique hodie Daniel multiplicans orationem, & iacens, *confertatus super faciem affixus terrae*, timensq; ac tremens, ab angelo sibi apparente confortatur & corroboratur. Sed de figuris dictum sit satis, quarum hunc breuem catalogum, à principio proponere placuit, tum ne nos in posterum impediant; tum vt vos in vestris ad ecclesias peregrinationibus habeatis, in quo mente vestram salutari meditatione occupare valeatis. Iam vero ad historiam vix inchoatam reuertamur. Itaque cum Christus Iesus transisset Cedron.

IBAT SECUNDVM CONSVENTU-
 DINEM IN MONTEM OLIVARVM.
 Tt 4 O imi.

PERNO-
 CTAT in
 oratione.

O imitanda cōsuetudo cum omnibus, tum
ijs qui in sortem domini vocati sunt! Nem-
pe aut pernoctare aut bonam, aut saltē a-
liquam noctis partem consumere in orati-
Exempla
David.
P. 118. 62.
NOTA. one. Si enim rex Dauid regijs obrutus ne-
gotijs dicere solebat. Media nocte surgebā ad
confitendum tibi super iudicia iustificationis tuas;
quid excusationis habebunt qui minus oc-
cupati minime id facere satagunt, in primis
vero sacerdotes & religiosi? Eundo igitur
eo.

Histor. con-
tinuatur. VENIT IN VILLAM QVÆ DICITUR GETHSEMANI vbi teste alio Eu-
angelista reliquit octo discipulos dicens il-
lis **S E D E T E H I C D O N E C Q R E M :** ET
A C C E P I T tres reliquos PETRVM, IA-
COBVM ET IOANNEM SECVM.
Quo assumpsit? Ad hortum. Nam non pro-
cul imo in eadem ut reor villa E R A T
HORTVS IN QVEM INTRAVIT
IPSE ET DISCIPVL EIVS, illi videlicet
tres. Hac enim ratione omnes Euāgelistæ
bene accommodantur. Quid vero vult sibi
hæc inter discipulos segregatio? Vult nos
docere fidendum esse Deo, qua de re postea
illis nos Paulus monuit verbis, *Fidelis Deus est*
qui non patietur vos tentari supra id quod potestis. O bonitas & prouidentia paterna Iesu
de suis! Etenim quos viderat debiliores in-
ter Apostolos, eos paulo longius à loco pe-
riculi

FIDE
DEO.
I. Cor. 10. 13

riculi & captiuitatis reliquit ut eò liberius
& citius fuga sibi possent consulere. Fi-
damus igitur Deo dilectissimi, nec verò si TE AG-
quis lapsus nobis contigerit culpam in eum
conijciamus. Absit. Datem ille semper
auxilium sufficiens, dicente ibidem Paulo.
Faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possi-
tis sustinere. Quod nonne hic apertè vides?
Quam enim excusationem habuissent octo
illi Apostoli, si nolétes fugere capti à cohore
te fuissent? Nullam certè. Idem igitur qui-
libet de se in quavis tentatione sentiat, seq;
humiliet Dcum excusando, scipsum vero
accusando.

Sed cur quælo hos tres secum sumit? Ut
noris quo plura tibi à Deo conceduntur be-
neficia, eo plus Deum à te requirere. Quid
causæ? Causam illis verbis assignasse mihi
videtur idem Apostolus, & gratia eius in me
vacua non fuit. Vult enim Deus ne dona i-
psius in nobis sint sterilia. Quid sapientius?
Quid æquius? Typum rei en habes. Nostri
enim istos tres Apostolos cum alia, tum illud
à Christo præclarum accepisse priuilegium,
ut interest augustinus ipius træfigura-
tioni. Qua visione corroboratos, voluit e-
tiam adesse loco certaminis. Notent hæc
obsecro qui talentis eximiis à Deo dotati &
ditati ea sepeliunt, & otio, vel quod peius est
deliciis ac curiositati, quæ otium consequun-

TE AG-
CVSA.DEV M
EXCVSA.Cur tres il-
los assumit.1. Cor. 15.
v. 19.
COOPE-
RATÆ gratia
divina.Mat. 17. 1.
TALEN-
TÆ ne ab-
scendas.

1024 PASS. DOM. N. IESV CHRISTI

tur sese tradunt. Cogitent inquam quam
magno sit in periculo tum ne rationem
non queant reddere Deo, tum ne propter
ingratitudinem derelicti à Deo in g̃auem
incident temptationem & lapsum.

Tormenta
christian-
espiunt ab
anima.

NOTA.

Tres eius
propassiones

Valdiss.
mæ.

Duplex enim
ad mortem
tristitia.

cau-

Itaque assumptis illis tribus COEPIT
CONTRISTARI ET MOESTVS ES-
SE, PAVERE ET TOEDERE. Iam
tormenta incipiunt; ab anima ducto exor-
dio. Quatuor hic audis: quorum duo priora
habet Matthæus; duo posteriora Marcus.
In Græco tamen sunt tria tantum. Nam v-
num uterque repetit. Sunt autem tria illa
ordinē si sequaris naturæ, primò timor siue
pauor cuius solus Marcus meminit. Secun-
do tristitia, tertio mœror, tedium, siue
agonia. Est vero timor passio de malo im-
minent: tristitia de malo præsenti: tedium
de malo & præsenti & graui, & ineuitabili.
Hæc assumpit Dominus Iesus, & assump-
pit in maximo gradu, ita ut timor esset
cum stupore: tristitia cum raliangore, qui
foris etiam prorumperet: tedium ve-
rio fuit eiusmodi ut pœnè desiceret, & ex-
animari videretur. Hæc & verba Græca, &
res ipsa prodit. Idecirco enim erumpit, &
ad discipulos inquit, TRISTIS EST
ANIMA MEA VSQVE AD MOR-
TEM, quod dupliciter intelligi potest,
vel tantam fuisse tristitiam, quæ mor tem

causare potuisset ni obuiam itum fuisset
Omnipotentia Dci; vel tristitiam perdu-
rasle ad mortem vsque. Et vtrumque ve-
rissimè dicitur. Nam primum quidem te-
statur sudor sanguineus; secundum vero
verba illa paulo ante mortem prolatæ: *Deus
meus, vt quid dereliquisti me?*

Quæritur pro intellectione totius quasi
historiæ quisnam hæc patiatur? Num De-
us? At Deus & corpore, & hisce corporis
passionibus caret. Num homo? Sed homo
iste ab instanti suæ conceptionis beatus fuit:
in beatum vero talia non cadunt. Breui-
ter & quantum huic loco satis est respondeo.
Nō timuit aut doluit Christus vt Deus, sed
vt homo. Quamuis enim etiam secundum
animam humanam beatus esset, viator ra-
men etiā erat, & viatoris proprietates habuit,
nempe tum corpus doloribus, tum animam
mceroribus obnoxiam & expositam. Non-
ne recordamini (quod & nos aliquando
commemorauimus) D. Paulum hominem
in tres partiri partes? in corpus videlicet, in
animam & in spiritum? Doluit ergo se-
cundum corpus Christus, doluit secundum
animam, neque de hoc vlla est difficultas id-
que sufficit ad textus explanationem ANI-
MAM enim hic à Christo nominari audis.
At scire forte vis an etiam secundum spiritu
passas fuerit? Aio. Si per spiritum cum Hier.
vt

*Quæstio
quomodo
Christus
passus fue-
rit.*

*Christus &
ator doluit.*

*Doms. 3.
Aduent,
conc. 1.*

*Secundum
corpus &
animam.
1. Thes. 5. 23*

*Imo & pī-
ritum.*

vt ibi differuimus gratiam diuinam accipi-
mus, minime: si vero cum Aug. partem a-
nimæ superiorem intelligimus, satis proba-
bile est etiam in ea mœrorem sustinuisse Ie-
sum. Non enim repugnat viatori, mortali
carne induito, licet beato (qualis solus Chri-
stus fuit, qui etiam aliquid hic miraculi ad-
hibuit) pro diuersitate obiecti & pati, & læ-
tari simul. Ita Christus intuendo quidem di-
uinam essentiam, lætabatur: contemplan-
do vero tum pœnas suas, tum peccata no-
stra, tum ingratitudinem suorum, tristaba-
tur valide. Nonne quis sunt verè pœnitentes
imaginem huius rei in scipsis gerunt pro-
bantque? Experiuntur inquam cum dolore
lætitiam, imo in ipso luctu gaudium. At neq;
in eadē potentia, neq; in suño id sit inquis:
cuius tamen contrarium hic de Christo af-
feritur. Sed & hoc assertum audiuisti, ima-
ginem hanc esse: imago vero non est quod
adæquat prototypum. Addo, me vix quic-
quam dubitare etiam in eadem parte, imo
in sensu eodem nonnunquam vtrumque in
nobis reperiri, nempe cum idem intellectus
considerans tum peccati, & offensæ Dei sœ-
ditatem, immensum dolorem: tum Dei bo-
nitatem, & spem veniar ingentem in nobis
excitat lætitiam: an hæc contraria, & inten-
sa non sunt? Quid dicam de visitatione, &
illapsu Dei qui facit mirabilia magna solus?

Qui

P. 135 N. 41

Modus.

*Typus.
Obiectio
solus.*
*POENI.
TENTIAE
mira vis.
NOTA.*

Qui hæc experti sunt fatebuntur, qui experti non sunt, orent ut experiantur. Denique memores nos esse oportet plura Deum facere, quam nos intelligere posse. Quamuis neque hæc intellectum excedere ex dictis patet, & consentit August. in illud Psalmi. *Quia repleta est malis anima mea*, dum afferit *Psalm. 87. 4.* totam Christi animam esse passam. Hæc tum propter doctos, & sapientes quorum nos esse debitores antea ex Apostolo diximus: tum propter omnes, ne quid alicui in mente scrupuli remaneat.

Difficultate sublata, iam tum causas humanæ rei, tum doctrinas morales cōsideremus. *Causæ tri-*
psissæ Iesu.
Et vero prima ratio est illa vniuersalis: nempe voluisse Iesum accipere in se infirmitates nostras, vt donaret nobis firmitates suas. *1. Mira Chrō*
stæ de nobis
prouidentia.
Quod nonne in Martyribus in tormentis letantibus euidens est? O paterna ipsius de omnibus cura ac prouidentia! Heri etenim, vt audistis verbis illis, *quod facis fac ci-*
tius, intrepide se morti obtulit, vt animosos
ad idem præstandum incitaret: hodie vero timet ac tristatur, vt pusillanimes liquid ei iusmodi illis obueniret (prout accidit plurimis) ne in desperationem agantur animaret. Animemur igitur nos quoque, & tum nostri fortis: tum aliorum respectu compatiētes esse discamus. Altera tantæ tristitia Christi causa est, vt verum corpus veramque animam

CARDO
captinandi
intellectum

1044. 13. 27

Doctrina
inde duplex
2. Humana
Christi na-
tura.

animam humanam ac vtriusque affectiones se habuisse demonstraret, contra innumeratas quas hac de re exorturas hæreses præuididerat. Denique fecit hæc ut immensum tumerga nos amorem suum, tum erga patrem æternum iustitiae rigorem declararet, qua de re in alijs concionibus plura dicemus, nunc autem ut quoquo modo diuinæ ipsius bonitati respondeamus, curandum nobis est ut tum pro amore amore : tum pro tantiis doloribus afflictiones & dolores vltro suscepitos, nos quoque reddamus illi. Quod cum omni vitæ nostræ tempore, tum verò ista die facere debemus. Hæc est enim dies cui verba illa *affligetis animas vestras* competunt maximè,

Christi propassiones. Cæterum sciendum est omnes istas Christi sive actiones, sive passiones, neq; indeliberas, neque inordinatas, sed omnibus modis & voluntarias & ordinatissimas ac proinde perfectissimas fuisse. Vnde à Sæctis præfertim D. Hier. non passiones, sed propassiones vocantur. In nobis verò secus se res habet. Passiones enim nostræ plerumq; aut anteuerunt rationem, aut quod peius est ductum rationis sequi volunt. Contra hoc igitur vitium imo vitiorum fontem: en remedium exemplum Christi cuius actiones, et si in ea quam ipse habuit perfectione assequi non possumus, sequi tamen debe mus,

PASSIO-
NES fræ-
munda.

Nostrum
officium.

Leu. 16. 29.

3. Amor
Iesu.
4. Rigor
iustitia.

mus, & satagere ut eas ita moderemur quo sine peccato, imo cum merito à nobis exerceantur. Quod Christi auxilium imploranti illumq; pro virili parte imitanti difficile non erit.

Porro Christus Iesus postquam tristitiam suam his, & aliis de causis Apostolis suis manifestasset curam illorū agere incipit. Idcirco tum verbis, tum factis instruit, quid illos facere oporteat. Verbis quidem cum inquit, SVSTINETE HIC ET VIGILATE MECVM, nempe orando. Opere vero cum ipse Avulsus AB EIS, QVANTVM IACTVS EST LAPI- DIS, vt & eos, & nos cum ad orationem accedimus quietem ac solitudinem querere doceret. PROCIDIT SVPER TERRAM, vt videlicet nobis nunquam satis laudatam cōmendaret humilitatem, cum alibi, tum in oratione pernecessariam. Oratio enim, inquit Ecl. 35.27 sapiens, humiliantis se ubes penetrabit, & donec propinquet non consolabitur, & nō discedet, donec altissimus aspiciat. Olaus immensa humilis orationis, & fructus eximius, proinde valde procurandus. Procudit autem Dominus IESVS IN FACIEM SVAM, vt hæreticorū nostri temporis impudentiam, qui has & similes cæmonias canino rodunt dente, factio coargueret ipso. Ne ergo illas tanto dulce facere erubescamus, sed potius contra impios piè promouere studeamus.

Itaque

*Christus ea
rām Apo-
stolorum
gerit.*

*ORAN-
DVM Hos-
mīliter.*

*CÆRE-
MONIA
vētendūs*

Orat Chri- Itaque præmissis istis præludiis, ORA-
stus. BAT VT SI FIERI POSSET TRAN-
 SIRET AB EO HORA. Quæ hora?
 Hora passionis, imo ipsa passio, quod sub
 typo calicis exprimit dicens: ABBA PA-
 TER, SI POSSIBILE EST TRAN-
 SEAT A ME CALIX ISTE. Cur o-
 rat? vt ostenderet se verum hominem esse.
 Quem orat? Et patrem vt audis, & sci-
Etorat im- plum, & Spiritum sanctum. Orat enim sua
possibilitia. humanitate ad suam diuinitatem. Sed cur
Cur? orat, vt id fiat quod nouerat factu esse im-
NOTA. possibile? Orat qui sciuit, vt nos doceret o-
 rate, qui nescimus, quid de nobis aliisue pro
 quibus oramus fuerit constitutum. Quo-
 modo ergo petit cuius contrarium vltro ele-
 gerat? Nam forte suum mutauit proposi-
 tum? Absit. Sed vt similem se esse nostri de-
 clararet. Sicut enim in nobis, ita & in Chri-
 sto duplex fuit appetitus: alter partis su-
 perioris, alter inferioris, cui sensus adnectitur.
 Itaque Christus Dominus hæc dicendo, &
 orando præsentat patri suo voluntatem, &
 appetitum partis inferioris. At hæc, inquis,
 quæ in nobis inordinata esse solent, in Chri-
 sto ordinatissima semper fuerunt. Omnia
 ita se res habuit, ea propter statim subiungit,
TEMPO- VERVNTAMEN NON MEA VO-
RALIA LVNTAS, SED TVA FIAT, vt nos
perenda cō- doceret, quomodo voluntatem partis infe-
dictionate. rioris

rioris voluntati partis superioris, quæ eadem semper esse debet cum voluntate Dei, submittere debeamus. O sapientia! O bonitas! Id igitur agamus dilectissimi in omni nostra petitione, quæ de rebus fit temporali- bus, qualis fuit ista Christi Domini. Imprima- mus rogo hæc verba memoriarum nostrarum valide, ut illis pro necessitate utamur con- tinuè. Erunt enim nobis magno usui.

His dicit IESVS CVM SVRREXIS.
SET AB ORATIONE, ET VENIS-
SET A D DISCIPVLOS illos videlicet
tres, Petrum, Iacobum & Ioannem, INVE-
NIT EOS DORMIENTES PRÆ TRI-
STITIA. Mirum quomodo una, & eadem
passio aliis somnū inducit, aliis excutit. Hæc
est corporis nostri constitutio diuersa in di-
uersis, ut discamus, & temere unus aliū non
iudicare, & alter alterius onera portare, ut Gal. 6. 5. 2.
nos docet Apostolus. Christus vero motet
acriter, in rebus seriis serio agendum, & so-
mnum excutiendum esse. Nam AIT IL-
LIS QVID DORMITIS? Vis videre MUNDVS
mundi, & mundanorum hominum effigie? CHRISTO
Ea est; dormire cum dormiendum non est,
non dormire vero cum est quiescendum.
Quem ex vobis hæc non tangit parabola?
Consumuntur noctes in epulis ebrietatibus,
saltationibus, aleis, aliisque his similibus, &
stertitur postea ad meridiem usque quando

*Effe dñs q.
miss recōdē
trary.*

V u oratio-

orationi, sacri auditioni, iudicijs exercen-
dis, cæterisque nonnunquam ex præcepti
vel officij ratione incumbendum foret. Re-
ctene? Vos ipsi iudicaret. Hæc dixerim tum
propter præterita, ut ea detestemini: tum
ob futura, ne post Pascha ijs itetum inuolu-
mini. Memineritis rogo dicti sponsæ: laui
Cant. 5.3.
CON-
STAN-
TIA.
pedes meos quomodo inquinabo eos? O vtinam
id de omnibus vobis verificetur, ut ad con-
fessa & sanguine Christi in Sacramento lo-
ta, nunquam amplius redeatis peccata. Sed
& illius meminisse vos volo quomodo
hic Christus arguit discipulos dormientes
cum orare debuissent: cum primis verò
illum animosum. Nam inquit: SIMON
DORMIS? Ac si diceret, Tu qui paulò ante
promiseras te moritum mecum, nūc dor-
mis & NON POTVISTI VNA HORA
VIGILARE, quomodo ergo poteris mor-
ti te exponere MECVM? Quid hic est do-
ctrina? Multum sanè. Docet enim nos Je-
sus, tum fiduciam, tum dissidentiam. Dis-
sidentiam quidem in nobis viribusq; nostris
quæ multorum & magnorum causa est vi-
tiorum: fiduciam verò in misericordia di-
uina, qua prædictus vnuquisque nostrum
DIFFI-
DENTIA
bona, &
FIDUCIA
dicere poterit. Omnia possum in eo qui me con-
fortat: Sed ne erres, & ne fiducia tua in
præsumptionem vertatur, vide quid di-
cat Christus Petro & socijs: VIGILATE
ET

Mar. 14.
9.37.

Phil. 4.33.
PRÆSVM
PTIO ca-
nenda, &

ET ORATE VT NON JNTRĒ
TIS JN TENTATIONEM inquit ille,
audiamus nos, & intelligamus rogo vt duos
illos terribiles scopulos Scyllam inquam de-
sperationis, & charybdim præsumptionis
extrema mala, quæ innumeros demergunt
ad infernū inferius, effugere valeamus. Ca-
uebimus autem primum, si in Deo fiduciam
collocauerimus, cauebimus secundū, si quæ
audiuimus exequemur: alias enim nō fidu-
tes, sed tentantes erimus Deum, nempe si
media ad salutem necessaria adhiberent nolu-
erimus. Clamo itaq; & ego cum Christo VI.
VIGILAN-
GILATE, ô Christiani, ne iterum post Pascha DVM.
in lethargū peccati mortiferi incidatis, fu-
gite occasiones vitiorum, fugite consensum
præbere temptationi, & ORATE Dei implor. ET O:
rando auxilium, quod serio se inuocāti nulli
deest vñquam. Hac enim ratione non vin-
cemini à temptatione. Ausim affirmare, si id
remedij adhibuissent Apostoli, non incidis-
sent in tam miserum casum.

Neque verò vos oscitantes reddat, IN SPIRITVS
quod subiungitur SPIRITVS QVIDEM RITV
PROMPTVS EST, CARO AV- complacenz
TEM INFIRMA. Sed potius duplice no dum: sedz
mine terreat: Tum quod hæc excusatio nil
iuerit Apostolos, qui si voluissent carnem
infirmitatem spiritui subiugassent, quod &
vos facere potestis: tum ne erretis, com-
VU 2 placen-

1034 PASS. DOM. N. IESV CHRISTI.

placentes vobis de spiritus promptitudine,
cum etiam hac careatis. O quot sic decipi-

ORATIO
continuan-
da, &c

untur miseri miserè putantes promptum se
habere spiritum, cum illum penitus extin-

xerint! Quid remedij? Id quod de Iesu dici-

tur, ITERVM SECUND0 ABIIT ET

ORAVIT EVNDEM SERMONEM.

Tum vt nos idipsum facere doceret: tum vt
hæreticos insultantes Ecclesiæ, quod ean-

dem sæpius repeatat orationem confunde-

ret: Agite ergo & iterate idem etiam een-

ties in despectum infidelium, ædificationē

vero fidelium. Quid vero Christus? VE-

NIT ITERVM ET INVENIT EOS

DORMIENTES. Quanta solicitude de

salute proximi, vt scias hac de causa etiam o-

rationem fructuosè interrumpi. Nec id

scias modo, sed & imitari placeat. De Apo-

stolis vero dicitur, IGNORABANT

QVID RESPONDERENT EL. Audis

q totus es in excusandis peccatis. An deerat

Apostolis excusationes, quod caro sit infir-

ma, quod OCVLI GRAVATI somno &

similes? Minime. Cur ergo illis non vtun-

tur? Quia nihil profuturas sciebant, quia

dispicere Deo excusationes nouerant, quia

peccatum peccato addere nolebant. Idem

tu de te ipso cogita, & comprime nocuam

proteruiam. IESVS VERO RELICTIS

ILLIS, ITERVM ABIIT ET ORA-

VIT

EXCVSA-
TIO caue-
da tristis
de causis.

VIT TERTIO EVNDEM SERMONEM, DICENS, nosque magis magisque contra impios hæreticos animans.

APPARVIT AVTEM EI ANGELVS DE COELO CONFORTANS <sup>Cur angelus
Ius apparet</sup> EVM. Quid, Deūsne confortatione indi-
get! Non: Sed duplicitia de causa. Cum ut ministerio angelico vteretur, sicut & alias deuicta tentatione fecerat: tum ut suis spem ^{Mat. 4.11.} dare, eos si mediis iam dictis, & explicatis si- deliter vsi fuerint, angelico auxilio minimè carituros. Quod quidem certissimum est. SPES. Idcirco enim tum sibi; tum aliis, de quibus, & in Scriptura sacra (vt de Patriarcha Jacob ^{Gen. 32.14.} & Josue) & in historiis legimus apparere an- gelos voluit: vt etiamsi tu illos non videoas adesse, tamen eorum confortationem certo tibi persuadeas, dummodo ut monui agas quod teneris. Quid vero Christus confor- tatus? ET FACTVS IN AGONIA PROLIXIVS ORAVIT. Dixi agoniam esse ingentem animi tristitiam: voluit enim vt in aliis ita in hoc fratribus assimilari. Quid vero est contra illam remedij? Num illud quod apud vos ita est, in vsu, vt etiam pro- uerbio locum dederit: tristitiam bono hau- stu tollendam esse? Absit à piis Christianis maledictum & stultum consilium: maledic- tum quia Deus illo offenditur: stultum quia postquam crapulam edormiuferis duplica-

V u 3 tum

^{Phil. 2.17.}
<sup>Impiū con-
tra tristitiam
remedium.</sup>

Sanctum. tum redibit tormentum. Non hoc igitur quod tibi suggerit mendax diabolus, sed istud quod dat tibi veritas Jesus pharmacum *Occupatio*, accipe, & ora prolixius. Sed inquis gustum in oratione nullum sentio, imo dolore absorptus, nec orare quidem valeo. At vide quomodo benignissimus Jesus hacteniam in parte opem tibi ferre voluit. Nam scribitur, ET FACTVS EST SVDOR EIVS SICVT GVTTÆ SANGVINIS DECVRRENTIS IN TERRAM. Sustinuisse tu vñquam aliquid eiusmodi? Fieri quidem posse naturaliter tradunt philosophi: at non ea ratione qua illum sustinuit Christus. Quapropter tu cuius dolor, aut tristitia cum Christi agonia ne comparari quidem potest, haec agas velim. Primo & necessario caue, ne ad depellendum mærorum medium quod cum peccato esset cōiunctum, aut queras, aut ab impiis oblatum recipias. Deinde cogita minora te quam Jesum pati. Tum si longas non potes, breves ad Deum funde orationes, suspiria, quæ talibus semper sunt in promptu, ad Christum identidem conuertendo, & iaculatorias, quas vocant orationes multiplicando. Poterem fide Deo, qui aut ex illis angustiis te cōpiet, si id futurum ē re tua nouerit, aut co fortatē angelum mittet, ut etiam cum gaudio sustineas, prout multis martyribus illum

*ANGOR**Tollitur.**1. Fuga pec-
casi.**2. Medita-
tione.**3. Oratione**4. Fiducia.*

illum fecisse nosti. Audi enim quantam suorum curam gerat.

TVNC VENIT TERTIO AD Sudor ^{sudans} DISCIPVLOS SVOS. Nonne vides ma- ^{guineus te-} trem frequenter ad ægrotum filium etiam ^{su, unde.} noctu surgentem? Sed de sudore sanguineo Jesu aliquid dicamus. Quæris vnde nam e- uenerit? Miraculosum fuisse communis est Catholicorum opinio. origo eius hæc fuisse videtur: permiserat Christus Domi- nus naturam humanam naturaliter agere, quo factum est, ut timor ille vchemens ex apprehensione tam crudelis mortis proueniens more sibi consueto sanguinem pluri- mum ad confortandum cor aggregauerit, a- deo ut parum abslet quin suffocaretur (no- uimus enim ex historiis multos hac ratione mortuos fuisse) quod intuens Salvator qui multo plura pro salute nostra pati decreue- rat, omnipotentia sua sanguinē illum per su- dorem expulit, qui tam copiosus per poros erupit, ut in terrā ex toto corpore deflueret. O anima Christiana considera hæc & intue- re, quomodo filius Dei ad delenda pecca- ta tua totus à planta pedis usque ad verti- cem capitis madet purpureo suo perfu- sus cruore, sisque obsecro grata, & tum gratiarum actiones, tum sudorem saltem ^{Tuq; sudoris} aqueum reddas illi per afflictiones corporis ^{modi carij.} tui, per peregrinationes, & visitationes Ec-

*GRATIA
TVDI.*

Vu 4 clesia-

clesiarum, per opera misericordiae, quæ hoc præsertim tempore exercenda sunt, per cōciones & eiusmodi exercitia, si spiritualis psona es, per labore manū, ut habeas unde tribias indigenti, per effusionem deniq; etiam sanguinis tui disciplina aut flagelle, si id vel iunctum tibi fuerit à confessario, vel ex consilio patris spiritualis vltro suscepferis ad memoriam sudoris sanguinei Christi Jesu.

IRONIA*Descauen-**da.***NOTA.***Gen. 3, 22.**Perperam
dormientes
et vigilan-**tes.*

Sed videamus iam quidnam Christus egerit tertio ad discipulos veniens. Principio AIT ILLIS DORMITE IAM ET REQVIESCITE. Ironia est. De qua nihil dico aliud quam cauendum esse sum: moperè ne in eam incurramus. Semper enim aliquid portendit mali. An non recordamini illius ironiæ antiquissimæ. Ecce Adam, quasi unus ex nobis factus est, in ipso mundi exordio cum magno primi nostri parentis dedecore, nostro que malo à Deo prolatæ? Similiter ista probrosa, & nocua fuit Apostolis, præsertim Petro. Idecirco subiungit Christus: SVFFICIT. Quod verbum clarè demonstrat illa ironicè dicta fuisse. Cum vero addit. SVRGITE EAMVS, ECCE APPROPINQVAT QVI ME TRADET. Perstringit illos qui propter Christum, suumque commodum spiritale vigilare noluerunt, iam iam vigilaturi propter Jūdam traditorem, & corporale periculum. O quot habent imitatores etiam in isto

isto templo. Quot enim sunt qui aunc dor- *Exemplum
miunt paulo post per forum vigilantissimis in ipso actu.*
oculis cursitatur? Quare? Quia hic Christi
& boni vestris spiritualis: illic Judæ mercato-
ris, & commodi vestri corporalis negotium
agitur. Videtis quam ad amussim quadrent
omnia? Timete ergo ironiam Jesu. Non e-
nim bene cedet, si vobis illud obueniet. *Qui
Effectus.
Psal. 2. 4.*
habitat in caelis irridebit eos, et Dominus substan-
nabit eos. Neque vero in hoc solum, sed &
in aliis innumeris casibus doctrinam hanc
perpendite, & surgite à malo torpore, vi-
gilate ad bonum, & ad diuina attenti e-
stote.

Verum quæritur dieente Iesu EAMVS *Christus
quoniam
obuiam
procedit
hostibus.*
quoniam ire meditetur? An quia apropinqua-
bat proditor fugere vult cum Apostolis: q
illi factu facillimum erat? Nihil minus; sed
potius contrarium. Nam ait Ioannes: IE-
SVS ITA QVE SCIENS OMNIA
QVÆ VENTVRA ERANT SVPER
EVM, PROCESSIT. Quo processit? ob- *Iude pessi-
uam videlicet Iude: qui cum nosset QVIA
FREQVENTER ad hortum illum no-*
stu ventitabat Iesus ad orandum, CVM
ACCEPISET COHORTEM, nempe
militum Ethnicorum, solus enim Pilatus
Ierosolymis cohortem alebat: accepisset et-
iam A PONTIFICIBVS ET PHARI-
SEIS MINISTROS VENIT ILLVC
Vu 5 CVM

*Iude pessi-
ma diligens-
tia.*

CVM LATERNIS ET FACIBVS ET
ARMIS Contra inermem in tenebris oran-
tem. O quam diligens est mundus & diabo-
lus in vrgendis suis propositis. O utinam
nos vel dimidium huius curæ adhibeamus
in promouendis rebus diuinis & quæ ad sa-
lutem animæ nostræ spectant, quam adhi-
bemus in negotijs mundanis: quam magni-
sancti breui efficeremur tempore? Nonne
vidilius quam ingentem manum satellitum
cum Ethnicorum tum Iudæorum collegit
iste nequā? Nempe ut sicut ipse præmonue-
rat antea milites dicens: DVCITE CAV-
TE, ita ipse quoque esset cautus. At non est
sapientia, nō est prudentia non est consilium con-
tra Dominum, inquit scriptura, propterea ni-
hil Iudas effecisset hisce artibus omnibus,
nisi ipse Iesus vtrō se illis obtulisset, imo
nec agnouisset eum, nisi se illi manifestasset.
Posteaquam enim, sicut olim David contra
Goliath, ita Christus Jesus tanquam dux a-
nimosus exponens se morti, non pro Israeli-
tico tantum ut ille, sed pro omni populo,
& turbæ solus obuiam processisset, DIXIT
EIS, QVEM QVÆRITIS? Illi vero
RESI ONDERVNT EI, JESVM NA-
ZARENVM. DICIT EIS JESVS: E-
*GO SVM. Auditis quam clarè respon-
dcat, & int̄ epidēse gerat? Quid verò fuerit*

*SOLER.
TIA Chr.
sienna.*

*Cantus Iu-
das.*

Pro. 21. 30.

*1. Reg. 17.
44.*

subsecutum, narrat idem Ioannes dicens,
STABAT AVTEM ET IVDAS QVI
TRADEBAT EVM CVM IPSIS. VT
ERGO DIXIT EGO SVM, ABIE-
RVNT RETRORSVM ET CECIDE-
RVNNT IN TERRAM. O potentia
vniuersi verbis Iesu! Confidamus illi charissimi,

*Et omnipotens.
tens.
ideo fidem-
dum est.*

Potens est enim cripere nos ex omnibus pe-
niciulis, & faciet dummodo nos velimus,

quod ipse nos vult velle. Prostrati vero quid?

Postquam aliquantulum iacuissent surrexe-
runt, procul dubio, sic volente Iesu qui ITA
RVM INTERROGAVIT EOS,

*Interroga-
tionis Chri-
stus
sticæ casti-
tae.*

QVEM QVÆRITIS? Non quodigno-

raret, sed ne illi ignorarent quem quære-
rent, & vt suos liberaret ex manibus eorum.

Nam respondentibus illis idem quod antea
ait Christus: DJXI VOBIS QVIA EGO
SVM: SI ERGO ME QVÆRITIS SI-

NITE, verbum imperantis est cui & obedi-
tur, HOS ABIRE. Vbique & semper pa-
terna de suis cura Iesu relucet miranda, a-

munda, procuranda. Additur & ratio cur
hæc protulerit Christus, nempè VT IM.

*Cur à eis
de suis.
Ioan. 17. 32.*

PLERETVR SERMO QVEM DI-
XIT paulo ante post ultimā cœnam, QVIA

QVOS DEDISTI M HI NON PER-
DIDI EX EIS QVENQVAM.

Quod de perditione animę in æternum pri-
mario intelligitur, idco ibidem filij per-

ditionis.

*Etimia pro
udentia.*

*Ideo
FIDE EI.*

*Judas mira
culo obsti-
nator.*

*Vltimum
remedium
Iude adhi-
bitum.*

*Amicum
vocat de-
pliciter.*

ditionis, id est Judæ facit mentionem. Scilicet enim Christus quod si tunc capti fuissent Apostoli incidissent in magnum anotix periculum, proinde illos liberat. Nobisq; idem faciet si sincero corde eius institerimus vestigiis: Neminem enim perdit, nisi qui perdite scipium perdere voluerit ut Judas.

Quid vero Judas post hoc miraculum quod in scipio expertus est, quando cum aliis verbo prostratus corruit, factusne est melior? Imo obstinatior. Nam cum ante dedisset suis SIGNVM DICENS, QVEMCVNQVE OSCVLATVS FVERO JPSE EST TENETE EVM, CONFESTIM ACCEDENS AD JESVM, DIXIT AVE RABBI. ET OSCVLATVS EST EVM: DIXITQVE JLLI JESVS, AMICE AD QVID VENISTI? O JVDA OSCVLLO FILIVM HOMINIS TRADIS. Hoc est vltimum quod scelerato homini adhibuit remedium Christus Dominus. Remedium inquam plenum sapientia, amore & benevolentia. Sapienter monet Judam, se scire quid moliatur. Amater osculari se ab eo patitur, benevolè amicum vocat. Cur queso cum nosset eum, nō amicum, sed inimicum fuisse? Duplici potissimum de causa, nempe tum, quod Judas se amicum simularet: tum quod Christus verè conuersionem ipsius sit.

tiret
ctitia
ne al
mus
Jesu,
dum
dar et
Sed &
delici
dilig
ac an
& trin
H
quid
quit,
com
tro,
tatis
reco
SEDE
ME
dem
HÆC
con
tum
excœ
placi
cum
TVM
NIOR

tiret; essetque paratus etiam tunc in amicitiam illum recipere. O bonitas Iesu: Sed ne abutamini ea obsecro. Vocat ille, clama-
mus & nos: redite o peccatores ad amicitia-
m ^{CONTRA}
Iesu, nolite obdurare corda vestra, qui nec-
dum confessi estis, ne idem vobis quod Ju-
dex eueniat. Facite ergo rogo, oro, obsecro.
Sed & alia est hic doctrina pro omnibus, vi-
delicet ut imitando Iesum inimicos nostros ^{INIMICI} _{delectio}
diligamus, & verè pro amicis illos habeamus
ac amicitiam nostram illis offeramus. O do-
ctrina & pulchra & necessaria!

Hæc Jesus ad Judam, ad reliquos vero *Quid Christus
quid?* TANQVAM AD LATRONEM, in-
quit, EXISTIS CVM GLADIIS ET FVSTIBVS
COMPREHENDERE ME. Cum ego non la-
tro, sed benefactor yester fuerim. Et ne pu-
tetis vos si capi nollem quicquam effecturos
recordamini, quod QVOTIDIE APVD VOS
SEDEBAM DOCENS IN TEMPLO, ET NON
ME TENVISTIS: Proinde neque nunc qui-
dem me teneretis, si teneri nollem. SED
HÆC EST HORA VESTRA ab æterno vobis
concessa. ET POTES TANEBRARVM,
tum infernali, tum vestrum ut iuxta
excæcationem mentis vestrae, quod vobis
placet mecum faciatis. Hæc est Christi Iesu
cum ad alios, tuum ad PRINCIPES SACERDO-
TVM, ET MAGISTRATVS TEMPLI ET SE-
NIORES, qui in horto aderant strictim ex-
plicata

Scopus Christi
st.

plicata oratio. De qua multa dicenda forent, sed nec paucaliqui libet. Video enim rem in longum protracti nimium. Itaque scopum tantum aperio, & obstinatis admonitionem adiungo. Propositum Christi primarium fuit docere Judaeos se voluntariè pati. Doctrina vero induratis, & terror terribilissimus est, ut cogitent & dispiciant, ne eo proteruiat, & impenitentia sua deueniant, ut tandem Christus permittat illos, quod volunt agere. Quo hominum statu nullus est, esse leve potest in mundo funestior. Admittite id ad cor, & dari corde, & tandem resipiscite antequam veniat HORA VESTRA, quam solus Deus nouit, ET POTEST AS TENEBRARVM, qua finita protrudamini in tenebras inferni inferioris.

*Petrus gla-
dio occitur.*

*Figura.
a. Reg. 14.
13.*

Cæterum dum hæc aguntur Apostoli, quærunt DOMINE SI PERCVTIMVS IN GLADIO? Forte videntes milites, & ministros prostratos in terra animosiores facti occidere illos volebant, sicut olim cadentes ante Ionathā armiger eius interficiebat. Nec vero expectato responso Christi. PETRVS HABENS GLADIVM EDUXIT EVM, ET PERCVSSIT PONTIFICIS SERVVM, ET ABSCIDIT AVRICVLAM EIVS DEXTRAM, ERAT AVTEM SERVO NOMEN MALCHVS, id est rex. An in hoc facto peccauerit Petrus, ut qui-

quidā volunt, vel non ut sentit August. non
disputo, sicut neq; de dictis Christi ad Petru
plenis multum doctrinis tam Politicis, quam
aliis differo, quia nec tempus, nec locus lōgas
patitur digressiones. Duplex tanq; mysteriū *Mysteriū*
pando quod Christum intendisse non du-
bito. Nempe voluisse, vel permisisse Jesum,
ut Petrus seruo suī Pontificis regis nomine
insignito amputaret auriculam dextram.
Primum ut præfiguraret tam regnum, quam
sacerdotium ab ingratis Judæis ablatum iri,
quod in temporalibus quidem per Titum
Imperatorem; in spiritualibus vero opera
vicaria Petri peractum est. Secundo ut sci-
amus omnes quos gladius spiritualis Petri,
& successorum eius ferit, dextra veritatis
carere aure, ac omnia sinistrè audire, lege-
re, interpretari. Quod non solum in Ju-
dæis, sed & in schismaticis, & in hæreticis,
& in omnibus sedi Petri rebellibus factum
ferique luce meridiana clarius conspici-
mus. Faxit Jesus, ut mala hæc multiplicari
desinant. Addo tertium ex eo quod sub-
iungitur, Christum videlicet, CVM TE
TIGISSET AVRICVLAM Malchi sa-
nasse illum. Id vero quid aptius designat,
quam quod & Isaías, & Paulus prædixerunt
reliquias Judæorum in fine sæculorum in
auricula hac sanatum iri, beneque, & audi-
turas, & credituras?

Sed

2. Rebelliā
Ecclesia
falsitatis

3. Reliquia
rum sal-
uatio.

Isa. 10. 22.

Rom. 9. 27.

*Comprehē-
ditur Chri-
stus.*

Sed nunquid Judæi, & milites illi hoc se-
cundo miraculo cum beneficio coniuncto
quietiores effecti fuere? Minime. Quini-
mo ACCESSERVNT ET MANVS
JNIECERVNT JN JESVM, ET TE-
NERVERVNT, ET LIGAVERVNTE-
VM. Dum vero hæc aguntur DISCIPVL
EIVS RELINQVENTES EVM O-
MNES FVGERVNT, tam illi qui in
Gethsemani remanserunt, quam isti qui in
horto cum Christo fuerant. Petrus tamen
postea cum Joanne reuersi à longè sequebā-
tur. Itaque nullum præter Jesum compre-
henderunt Jesu sic volente. Nam & ADO-
LESCENS QVIDAM quem TENVE-
RVNT RELICTA SYNDONE NV-
DVS PROFVGIT elapsus ex manibus
eorum. Quis vero is adolescens fuerit non
constat. Nam Joannem Apostolum hic in-
telligi, ut quidam volebant nimis est impro-
babile. Cum Joannes postea vbiique cum
Jesu fuerit usque ad crucem, nec quisquam
quicquam mali ei intulit. Probabilius est
eiusdem horti fuisse, qui tumultu illo ex-
citatus è strato se proripuerat tectus Syndo-
ne, quām postea reliquit. Porro quoniam
modo se COHORS illa, & TRIBVNVS
& MINISTRI JVDÆORVM, tam
comprehendendo quam ligando Jesum cum
eo gesserint, meditandum vobis relinquam,
cum

*Adolescens
quis.*

*Quid runc
actum me-
ditandum
relinqui-
sur.*

*Apostoli
fugient.*

hoc
 iuncto
 Quini-
 ANVS
 T TE-
 NTE-
 CIPVII
 M O-
 qui in
 qui in
 tamen
 quebā-
 compre-
 ADO-
 NVE-
 NV-
 anibus
 rit non
 hicin-
 impro-
 e cum
 isquam
 lius est
 llo ex-
 syndo-
 ionam
 VNVS
 tam
 cum
 inquo,
 cum

cum scriptura, in qua explicanda satis labo-
 ris habebimus, nihil amplius hac de re dicat.
 Absque verberibus, protrusibus, impletio-
 nibus, hisque similibus non fuisse certum
 est. Sed & præter funiculos tenuiores seu
 manus constringentes, catena ferrea Chri-
 stum operatum fuisse, improbatum certè nō
 est: cum propter meditationes spiritualium
 virorum & fœminarum: tum ob illa prodi-
 toris verba, TENETE EVM, ET DV-
 CITE CAVTE. Verum ut dixi, & ista &
 alia quæcunque in itinere illo toto usque ad
 domum ANNÆ acta sunt, vobis tum do-
 mi, tum peregrinantibus ad Ecclesiæ, & re-
 colentibus vias Domini Jesu amaras pro vo-
 bis suscepas contemplanda, & ruminanda
 trado, ac diligenter commendo. Utque in
 his & dolore, & gustum sentiatis opto, & à
 Domino Jesu rogo: dolorem quidem, tum *Imprecatio*,
 contritionis pro peccatis: tum compassio-
 nis pro afflictionibus, quas Jesus vestri cau-
 sa hodie pertulit: gustum vero in ipso dolo-
 re, & propter ipsum dolorem. Nam ut in
 decursu orationis diximus, nouit omnipot-
 tens manus Domini Jesu, isthac coniunge-
 re cum magno animarum fructu ac emolu-
 mento. Hæc de prima concionis parte di-
 eta sufficient. Ut vero alteram feliciter ag-
 grediamur & perficiamus, diuinum no-
 bis implorandum est auxilium quod pos-
 sit

*Pancras
libantur.*

1048 PASS. DOM. N. IESV CHRISTI.
tis genibus recitando Pater & Ave facia-
mus.



SECVNDA PARS.

PRINCI-
PES IV-

DÆO.

RV.M.

Sap. 18.14.

A dissimili.

C

VM

quietum

silentium

contineret

omnia,

&

nox

in suo

cursu

medium

iter

haberet

omnipotens

sermo

tuus

exiliens

à regalibus

se-
di-
bus

prosiliuit

, inquit

sapiens

prophetans

natiuitatem

Jesu

, interprete Ecclesia.

Qui-

etissimum

igitur

fuit

illud noctis

medium

, quo

mundi

Saluator

mundo

apparuit

: at

hodiernum

, quod

passioni

eiusdem

Jesu ini-

tium

dedit

, fuit inquietum

nimiris.

Illic enim

quietum

silentium

continet

omnia

, hic inquiet-

udo

noctium

, clamoribus

, nequam iubilis re-

sonant

omnia.

Lætantur enim

& exultant

scœlesti illi

, sicut exultant

victores

capta præda

, & præda

diu

multumque

ab iis

desiderata

Noctem vero

ut illic

, ita & hic

medium

inter

tunc

habuisse

patet.

In illis enim

qua

heri

& hodie

hucusque

recensimus

in co-

ena

, inquam

, tam veteris

qua

post

occasum

solis

inchoabatur

: quain noui

Paschatis

in concione longa

, in itinere ad hortum

, in

oratione

Jesu

, & qua

circa illam ac

capti-

uationem

acta sunt

, sex horas

consumptas

fuisse

fuisse vix quisquam dubitare poterit. Di-
mida igitur nox erat. Fuit enim tunc,
vt nosti æquinoctium, quando lictores il-
li, & Judæi scelerati ac crudeles magnis cum
vociferationibus, ADDVXERVNT JE-
SVM AD ANNAM PRIMVM. ERAT
ENIM SOCER CAIPHÆ, QVI E-
RAT PONTIFEX ANNI ILLIVS,
inquit solus Joannes, referens nobis &
progressum istum Jesu, & causam cur pri-
mum ad Annam ductus fuerit, cui nos &
alias addere possumus: nempe fecisse id il-
los, tum gloriandi de capta præda, tum gra-
tificandi Annæ gratia: tum quia forte do-
mus illius fuit in itinere, quo ad Caiphæ e-
undum erat.

Quid vero apud Annam actum fuit? *Parum ibi
actum.*
Duo quidem insinuat Joannes nempe tum
negationem Petri, tum interrogationem
de discipulis & doctrina. Verum neutrum
ibi accidisse multo est probabilius. Joannem
enim interrupisse ordinem, quod haud ra-
rum est apud Euangelistas non solum ex a-
liis, sed etiam ex ipso metu, si diligenter lega-
tur, animaduertetur. Incidit autem Joannes
*Ioan. enim
digreditur
ex occasio-
ne.*
in hanc digressionem, vel potius anticipa-
tionem, vt ego reor, ex eo quod recense-
re cœperat, quomodo ipse cum Petro SE-
QVEBATVR EVM (per aliū enim disci-
pulum seipsum notauit Joannes, vt & anti-

1050 PASS. DOM. N. IESV CHRISTI.

quorum est opinio, & phrasis eius denotat.
Semper enim Joann. de seipso periphrastice
loqui consuevit) & quomodo Petrum in-
troduxerit in ATRIVM PONTIFICIS,
quod utique apud Caipham factum est, ut
& alij narrant, & ipse non abruit, quando a-
lias negationes post remissum Jesum ad Cai-
pham recenseret. Quare ab illis verbis, SE-
QVEBATVR AVTEM, &c. usque ad il-
la, QVID ME CÆDIS, omnia quasi in
parenthesi a Joanne posita esse, & ad domū
Caiphæ pertinere certo mihi persuadeo.
Hæc hæc etenim danda causa. Annas itaque
nihil aliud fecit, quam collaudata diligentia,
& industria nebulonum illorum qui Chri-
stum adduxerunt. MISIT JESVM LIGA-
TVM AD CAIPHAM PONTIFI-
CEM, ut idem Joann. testatur.

Ducitur ad
Caipham
Iesum.

Occasio &
ordo nega-
tionum Pe-
tri.

Miles itaque cum Judæis, qui illis ade-
rant iussa Annae exequentes, ADDUXE-
RVNT JESVM AD SVMMVM PON-
TIFICEM CAIPHAM. VBI SCRIBÆ
ET SACERDOTES CONVENE-
RANT, non tamen omnes, sed aliqui tan-
tum: Plenum enim concilium celebratum
fuit mane, ut inferius videbimus. PETRVS
VERO SEQVEBATVR A LONGE,
quæ Joannes, qui ERAT NOTVS PON-
TIFICI, vel propter domum illi venditam,
ut quidam volunt, vel alia de causa, DIXIT
OSTIA-

OSTIARIÆ, ut ianuam aperiret. ET EXIVIT, ET INTRODVXIT PETRVM cum magno ipsius malo. Nostis enim quam tur piter ibi non semel, sed ter Christum abnegauerit, imo pluries. Nam singula pœnæ negationes multas in se complectebantur. Reducuntur autem ad tres, quia tres insultus tentationum habuit. Neque vero erant continuatae, ut iam videbitis. Porro ordo inter illas hic fuisse videtur. Prima omnino ^{Prima les-} _{uor in ipse} facta in ingressu, ipsiisque foribus ad _{foribus.} interrogacionem ancillæ, quæ illi aperuit. Id enim tam aperte dicit Joannes, ut & occasionem iusinuet. Nam post illa verba quæ recitauimus, statim subiungit. DICIT ERGO PETRO ANCILLA OSTIARIAS NVNQVID ET TV EX DISCIPVLIS ES HOMINIS ISTIVS? Sicut est ille qui te introduxit? Id enim & particula collectiva, ERGO, & verba illa, ET TV testari videntur; nempe ancillam non ignorasse, Joannem fuisse discipulum Christi. Permittebatur tamen ingredi, & egredi, libere- ^{Ioannes cur-} _{permittitur} que omnia agere, imo etiam ipsi cruci astare, tum quod esset notus Pontifici, ut iam audistis: tum quod esset iuuenis, quem nihil obfuturum hac in parte putabant Judæi. Itaque ad hanc interrogacionem duobus tantum verbis respondet Petrus, NON SVM. Non enim grauis fuit illa tentatio,

1052 PASS. DOM. N. IESV CHRISTI.

quippe, quæ ex suspicione solummodo pro-
cedebat, grauiter tamen eum prostrauit.

*Secunda
grauior in
atrio.*

Sed multo grauius Petru[m] perdidit alte-
ra tentatio. Cum enim esset IN ATRIO
partim STANS, partim sedens, proinde
non parum temporis intercedere debuerat,
CVM MINISTRIS AD IGNEM,
ET CALEFACIENS SE, instigante a-
lia ANCILLA, quæ id à priore forte, vt
fit, intellexerat, & dicéte CIRCVMSTAN-
TIBVS, QVIA HIC ERAT CVM
JESV NAZARENO vnum illorum VI-
DENS EVM DIXIT, non iam dubitādo,
vt prior illa ancilla, sed affirmando, ET TV
DE ILLIS ES. Propterea etiam Petrus for-
tius, quam antea, ITERVM NEGAVIT
CVM JVRAMENTO, QVIA NON
NOVI HOMINEM. Nec semel, sed sèpius
hæc, vel similia verba tūc repetiit exagitatus
à diuersis. Constat igitur hunc secūdum eius
lapsum maiore fuisse. A quo ne primo quidē
galli cātu, cuius Marcus meminit corrigi po-
tuit. At tertius fuit omniū scđissimus, quia
tentatio etiam fuit terribilior. Etenim IN-
TERVALLO FACTO, QVASI HO-
RÆ VNIVS, inquit Lucas, videtis quomo-
do res protractiuit? varij variè eū vexare cœ-
perunt asserētes, & ex loquelle probantes il-
lum ipsum esse. Ac tandem, DICIT ILLI V-
NVS COGNATVS EIUS, CVIVS AB-
SCIDE.

*Tertia om-
nium gra-
uissima.*

SCIDERAT PETRVS AVRICVLAM.
NONNE EGO TE VIDI IN HORTO
CVM ILLO? Quod adeo perculit Petrum,
vt non negare modo, sed etiā DETESTA-
RI, ANATHEMATIZARE, ET JV-
RARE cœperit se, nec nosse quidem HO-
MINEM ISTVM, QVEM nec nominare
vult. Aspicitis ille animosus in promissis, quā
vanus fuerit factus in opererimo & obfir-
matus aliquot horis in peccato, à quo neque
primus, neq; alter galli cantus auocare eum
poterat, donec tandem CONVERSVS DOMINVS
RESPEXIT PETRVM, tunc enim demū, & pre-
dictionis dominicæ RECORDATVS EST, ET
EGRESSVS FORAS FLEVIT AMARE.

Hæc simil omnia de negationibus Pe-
tri ipsis ferè Euangelistarum verbis reddere
volui. Primo, vt concordiam illorum qui
discordes esse videntur demonstrarem. Se-
cundo, vt ordo negationum pateret omni-
bus, imo & occasio. De duabus prioribus di-
xi, postremæ occasionem reor fuisse, inter-
rogationem Pontificis de his discipulis, qua
permoti ministri rem diligētius inuestigare
aggressi sunt. Euangelistæ vero diuersimode
eas narrant, quia & modis variis nega-
tiones istæ prolatæ fuerunt, & diuersis ac-
ciderunt temporibus. Postremo attuli hæc
vt tria necessaria vobis ob oculos po-
nerem. Primo originem peccati Petri,

Xx 4 quæ

*Cause dim
Horum.
1. Concordia Euang.
2. Ordo &
occasio po-
streme.*

*3. Tres do-
ctrina quæ*

NOTA & quæ duplex fuit, altera præsumptio de suis
COLV- viribus, altera consortiū malorum. O quot
BROS millia hominum hæc etiam nunc perdunt?
FVGE.

Audite, intelligite, fugite hæc duo tanquam
duos colubros venenatissimos. Secundo a-
perio vobis progressum in peccato de malo
in peius, ut oculis vestris in Petro luce meri-
diana clarius intuiti estis. Intueatur etiam
quilibet idem in seipso, & principiis obstat.
Tertio noto quam difficile sit à peccato sur-
gere, quod tam facile vobis videtur, ut sxpè
contemptim dicatur. Pœnitibo postea. Ca-
ue, caue: vides enim quid cum Petro actum
fuerit; quem si Christus aspicere neglexis-
set actum de illó fuisset. Id ipsum tu perhor-
resce. Sed inquis Christus paratus est sem-
per peccatores intueri. Quare ergo quælo
hic non statim id Petro fecit? Quid vero re-
spondebis quando tibi Jesus exprobrabit,
quod s'pius te aspicerit, tu vero aspectum
eius contempseris, neque ad pœnitentiam
cor tuum inflexeris? Quid putas si id Pe-
trus fecisset, an veniam meruisset? Non ar-
bitror si Catholicus es, id te sentire. Tibi
igitur id applica, & vide netrā Christo ocu-
los tuos auertas, quando ipse suos ad te con-
uertit. Id vero facit quoties te vel internè
per remorsum conscientiæ, vel externè, tum
per concionatores, tum modis innumeris
ad resipiscendū pertrahit. Facias ergo quod
fecit

PÖENI-
TENTI-
AM NE
DIFFE-
RAS.

*Obiectio du-
pliciter ar-
guitur.*

*Quando
Christus
nos intue-
tur.*

fecit Petrus, & caueas quod non cavit Judas, & res bene tibi cedet. Verum quia de utroque dictum est heri, non est quod idem verbis à me, sed est quod factis à vobis repetatur. Faxit Deus.

Petro expedito ad Jesum redeo, qui constitutus coram Caipha summo sacerdote, bis ab eo iudicatus est. Primo statim postquam adductus fuit nocte profunda, in domo ipsius: quod iudicium non adeo multorum fuit. Secundo mane cum pleno illo septuaginta duorum Senatu Senadrin dicto, in praesentia magistratus templi, & Pharisaeorum peractum est. Quid vero in altero con-
rum gestum fuerit; et si clarè non constet, col-
ligit tamē haud improbabiliter potest: nem-
pe in nocturno isto scrutinij causa quædam
præmissa fuisset. Ex quibus erat illud, quod
Ioannes quasi in domo Annæ factum his
describit verbis, PONTIFEX ERGO
INTERROGAVIT JESVM DE DIS-
CIPVLIS SVIS, ET DE DOCTRINA
EIVS. Haud parum enim id perti-
nere videbatur ad ipsorum propositum. De
discipulis quidem, tanquam de complicibus:
de doctrina autem, tanquam de fundamen-
to cauillationum, & calumniarum. At Jesus
sapientissimè priorem quidem questionem
omnino reciuit. Notum enim fuit omnibus,
& ipsi Pontifici, qui Joannem nouerat, qua-

*Christus
bis à Caipha iudicatus.*

*Primum on-
du, sub*

*Duo inuen-
tigat Caipha.*

phæs.

*I. De disci-
pulis, rati
Christus,
causa do-
tura.*

1056 PASS. DOM. N. IESV CHRISTI.

les discipulos habuerit, quod non petulantes, non doctos, non turbatores, sed pauperes, simplices, & iuxta mundi opinionem vilissimos.

*2. De do-
ctrina.
Respondebat
sapientissi-
me.*

Ad alteram questionem, RESPON-
DIT EI JESVS, EGO PALAM LO-
CVTVS SVM MVNDO. EGO SEM-
PER DOCVI IN SYNAGOGA, ET
TEMPLO QVO OMNES JVDÆI
CONVENIVNT. Nihil ergi clandestinè,
nihil in angulis, quod seditionis, & se-
ducentium quallem vos me esse asseritis est
proprium: sed palam, & aperte decebam o-
mnes, ET IN OCCVLTO LOCVTUS
SVM NIHIL, quod aut iis, quæ publicè di-
xi esset contrarium, aut scire te oportet. J-
taque QVID ME INTERROGAS, cui
fidem adhibere non vis? JINTERROGA
EOS QVI ME AVDIERVNT, si tuipse
ne perderes autoritatem tuam audire me
neglexisti, quare ex aliis, QVID LOCV-
TVS SIM IPSIS à ministris, & subditis tuis,
à Phariseis, à Sacerdotibus, à templi præfe-
ctis, & reliquis amicis tuis, quibus tu credis,
ab his perconteris. ECCE enim HI SCI-
VNT QVÆ DIXERIM EGO. Proinde
referre tibi poterunt omnia. Imo iam reu-
lerant. Adeo enim notum fuit Caypha, &
Mat. 27.63 sociis eius quid Christus doceret, ut etiā sci-
rent de eius resurrectione: prout corā Pilato
faten-

NOTA.

fatentur, quod tamē ipsi Apostoli intelligere non poterant. Hæc erat Christi ad Pontifices paululū à me diducta oratio, quæ quoⁿiam libera eis visa est, VNVS ASSISTENS MI-

*Pro quo a-
lapam ac-
cepit,*

NASTRORVM DEDIT ALAPAM JESV DICENS,

SIC RESPONDES PONTIFICI? Tu persona

vilissima personam, qua nulla maior ita tra-

ctas? tu Pontificem cum tanta autoritate,

& acerbitate alloqueris? RESPONDIT EI JE-

SVS, SI MALE LOCVTVS SVM TESTIMONIVM

*Et respon-
det dilecta-
mate.*

PERHIBE DE MALO. SI AVTEM BENE QVID

ME CÆDIS? Cornuto hoc argumento Chri-

stus Dominus cum stultum illum, & nequā

ministrum, qui nec capax, nec dignus erat

responso, tum vero Pontificem petit, ac in-

iustitia arguit sapientissimè.

Verum mirabitur forte quispiam quo-

Obiectio de

modo is qui docuit discipulos suos dicens:

altera ma-

Qui te percutit in maxillam præbe ei & alteram:

xilla inde

nunc non solum ipse id non faciat, sed eti-

quinq; do-

am percutientem se arguat? At mirari qui-

drine.

uis pius desinet, imo laudare diuinam Je-

Luc. 6.29.

su prouidentiam non cessabit, cum causas

dictorum considerauerit. Prima est, inter-

ANIMI

pretatio dicti illius. Non enim ibi docuit

præparat

Christus ut quis cuius stulto se percutienti

ad misericor-

alteram porrigit maxillam: sed docuit ani-

tidie.

mi promptitudinem ad patiendum & su-

stinentos tum corporis dolores, tum ig-

nominias & ipsas etiam alapas Dei, Christi,

fidei,

3. PROXI- fidei, & veritatis causa. Secundo docuit quan-
 MI corre- do necessitas aut utilitas proximorum re-
 dio. quirit, nonnunquam arguere & rationibus
 Exemplum conuincere mala facta illorum. Tertio do-
 Iesu. cuit, cum nihil efficimus, tacere & patienter
 NOTA. ferre omnia. Ita à Christo hic facta clarè
 intueris. Etenim arguit & officij admonet
 non tam percutientem ut dixi, quam iudi-
 cem nequam, qui contra omne ius & æqui-
 tatem hominem non condemnatum per-
 mittit percuti absq; vlla causa. Facitq; id in
 ipso principio: ut vel errorem suum agno-
 scat & ministrorum petulantiam cohibeat,
 vel in extremo iudicio sit inexcusabilis.
 Quando veò nihil se proficere animaduer-
 tit, in posterum ita se gerit, ut per totum pas-
 sionis suæ crudelissime tempus usq; ad mor-
 tem ipsam ne vnicum quidem verbulum
 protulerit, quo tot iniurias & tormenta sibi
 illata arguere videretur, & non solum genas,
 sed etiam totum corpus suum dedit percuti-
 entibus, ut futurum olim Propheta prædixer-
 at. Quod veò tanta cum grauitate ac quasi
 acerbitate responderit factum est, tum quia
 sciuit ita id tum temporis expediuisse, tum
 ut doceret non scandalizari, sed ædificari
 potius nos debere, quando aut videmus, aut
 legimus in vitis Sanctorum quosdam cum
 aduersarijs Christi & Ecclesiæ duriusculè se-
 gessisse, ac in faciem eis restitisse, verbisque

Isa. 50. 6.

4. NON
 SCANDA-
 LIZARI.

gra-

granissimis ac increpationibus plenis, tum
iudices, principes, reges, tum hæreticos in-
secutos esse, & nunc etiam aliquando inse-
stari. Spiritus enim Domini sicut varie va-
rios impellit, ita nouit, quo quid tempore
sicut maximè conduit. Denique peculia-
rem doctrinam habent hinc iudices, ne
*s. NIHIL CONTRA
IUGARE.*

Quid vero præterea eadem nocte actum
fuit? Id Matthæus his describit verbis,
PRINCIPES SACERDOTVM, id est,
tam ipse summus Pontifex, quam alij qui a-
licui vici sacerdotū ex viginti quatuor, quas
Dauid constituerat, præerant (*hi enim eti-
am principes sacerdotum vocabantur: Sum-
mus autem unus tantum erat.*) ET OM-
NE CONCILIVM eorum, qui tunc ade-
rant, QVÆREBANT FALSVM TE-
STIMONIVM CONTRA JESVM,
VT ILLVM MORTI TRADERENT,
ET NON INVENIEBANT. Quidni
hic iubilando exclamem cum Apostolo, Ta-
lis decebat *vt nobis esset Pontifex sanctus, inno-*
cens, impollutus, segregatus à peccatoribus, Sit
nomen eius benedictum in saecula. Nonne
videtis quam verum fuerit quod paulo ante
Christus Jesus aduersariis suis in faciem di-
xerat.

*Nec inueni-
tuntur.
Heb.9.26.
Iubiles
Christia-
norum,*

Ioan. 8, 46 xerat, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* En-
quomodo non arguere modo, sed ne con-
fingere quidem potuerunt crimen aliquod
contra illū. Hæc est consolatio nostra Chri-
stiani mei, hæc iaus nostra in ecclesia san-
cta, talem habere Saluatorem, qualem &
ex Paulo, & ex facto hodierno vobis depin-
xi. Sat agamus dilectissimi, pro virili parte
nostra, ut Saluator generis humani purissi-
mus puritatis suæ aliquid in nobis inueniat,
qui non nisi puros corde saluare consue-
uit. Quam verò verum fuerit quod hic
dicitur, patet ex euentu, tum vniuersim,
tum particulariter. Vniuersim quidem:
NAM CVM MVLTI TESTIMONI-
VM FALSVM DICERENT AD-
VERSVS EVM, CONVENIENTIA
TESTIMONIA NON ERANT, ait
*Vltimum
testimonium.* scriptura. Singillatim verò; quia NOVIS-
SIME VENERVNT DVO FALSI
TESTES tanquam quid maximi momen-
ti & crimen evidens prolaturi in medium;
cum ultra falsitatē, ne specimen quidem cri-
minis haberet q̄ dicebatur. Aiebant enim:
NOS AVDIVIMVS EVM DICEN-
TEM, EGO DISSOLVAM TEM-
PLVM HOC MANV FACTVM ET
POST TRIDVVM ALIVD NON MA-
NV FACTVM ÆDIFICABO. Mag-
num nefas, non Christi sed istorum impio-
rum. Porrò hinc colligite qualia extitere
alii

PVRITA-
TI STV-
DEN-
DV M.

alii obiecta, quandoquidem hoc primari-
um tam ineptum, tam mendax, tam incon-
veniens fuerit. Ideo subiungitur: ET NON
Falsum.
ERAT CONVENIENS TESTIMO-
NIVM JLLORVM. Falsum fuit. Ver-
ba enim Christi haec erant; *solute templum*
hoc in tribus diebus edificab⁹ illud. Vbi neq;
dicit, EGO DISSOLVAM neque templi
MANV FACTI mentionem facit ullam,
quod isti mentiuntur: sed inquit *solute, vos*
videlicet. Ineptum etiam fuit quia etiamsi
verum extisset quod asserebatur tamen
quid fuisset dignum morte in dicto isto?
Inconueniens vero erat duplitter, tum
quod testes non conuenirent in dando te-
*Inconuen-
ens dupli-
ter.*
stimonio, quia varij variè dicta Christi re-
ferebant, ut patet ex Euangelistis tum
quod non esset conueniens proposito Ju-
deorum. Sciebant enim istud nihil valitu-
rum apud Pilatum, propter quem testimoni-
a colligebant. Ipsi enim sine ullis testibus
& inquisitionibus parati erant Jesum mor-
ti tradere & occidere.

Quapropter cum Caiphas animaduer-
isset nihil se proficere nec inuenire quicquam
quod illi contra Christum patrocinari pos-
set, alio se cōvertit & ipse illud denuo aggredi-
tur. Ac primū quidē JNTERROGAVIT
JESVM DICENS: NON RESPON-
DES QVICQVAM AD EA QVÆ TI-
BI OBLICIVNTVR AB HIS? JL-
LE AV-

Caiphas
*ipse inter-
rogat Christum.*
1. Quædam
ad qua non
respondeat.

*CAVILLI
&c sien-
tio prætere-
unda.*

*2. An effet
Christus.*

*Respondeat
se esse.
HV MILI.
TAS se-
danda.*

LE AVTEM TACEBAT , ET NI-
HIL RESPONDIT. Docens aperta men-
dacia, caullois, ineptias, responso digna non
esse. Cuius tamen nos ex impatientia con-
trarium plerumque facimus: Proinde disce-
re debemus Christum etiā hac in parte imi-
tari. Deinde videns Caiphas tacentem JE-
SVM, RVR SVM INTERROGABAT
EVM, ET DIXIT ILLI, TV ES
CHRISTVS FILIVS DEI BENEDI-
CTI? An quæsitum istud tum temporis fa-
ctum fuerit dubitant quidam. Nec imme-
rito. Nullus enim Euangeliistarum dupli-
cis huiusmodi interrogationis mentionem
facit. Quod vero in verbis discrepent, id
more suo agunt, ut ex omnibus plenum sen-
sum colligamus. Sequamur tamen nunc
communiorem opinionem, & dicamus his
Caipham hac de re interrogasse Jesum, &
in domo quidē sua vel his vel illis, quæ sunt
apud D. Matthæum verbis, A DIVRO
TE PER DEVVM VIVVM, VT DI-
CAS NOBIS, SI TV ES CHRISTVS
FILIVS DEI. Ad quod respondeat, & DI-
CIT EI JESVS, TV DIXISTI, vel vt
habet Marcus, EGO SVM; vtrumque e-
nīm phasi Hebræa idem significat. Priori
tamen frequentius utitur Christus etiam cū
Pilato loquendo, propter sibi familiarem
virtutem humilitatis. Quem imitemur
quæso:

quæso: magnifica de nobis aut tacendo, aut
si loquendum est magnificè non referendo.

Porro hoc responso auditio, PRINCEPS *Furor*
SACERDOTVM SCIDIT VESTI- *Caypha*
MENTA SVA, DICENS BLASPHE-
MAVIT, QVID ADHVC EGEMVS
TESTIBVS, ECCE NVNC AVDI-
STIS BLASPHEMIAM, QVID VOBIS
VIDETVR? Ira, quod aiunt, furor breuis
est, quæ si inuidia, & odio sufflata fuerit in
rabiem conuertitur. Typum en habes in
Caypha, qui his exagitatus furiis, oblitus di-
gnitatis sue Pontificiæ, oblitus mandati Dei,
quod talia sumnum sacerdotem facere ve-
tat, surgit è sede, discindit vestimenta sua, &
ea quæ audistis vociferatur. Et vero quod
dicitur inueniūt similes labra lactucas. Nam
tam assidentes, quam astantes acclamatunt,
ET RESPONDENTES DIXERVNT,
REVS EST MORTIS. Fugite dilectis *COLLV-*
simi, fugite obsecro iræ, odij, inuidiæ, adulata-
tionis, & assentationis c. frænatas passiones:
ne in ea quæ videtis incurritis crimina, ac
cum Cayphâ, & sociis eius debitas æternum
luatis peccatas. Nec vos excusabit quod Judæi
in Christum, vos vero in proximum vestrū
peccatis. Omnes enim in idem corpus cuius
Jesu caput est, teste D. Paulo delinquitis. I-
deoq; pari, vel simili puniēdi estis peccata pro
criminis qualitate & quantitate. Cæterum

*Leu. 21.10.**ET EXCV-*
*SATIO.**Ephe. 4.16.*

Yy hæc

*Grando
post fulmt.
na Caypha.*
hæc Cayphæ fulmina grandis grando, & im-
ber subsecutus est, TVNC enim EXPVE-
RVNT IN FACIEM EIVS, in quam
desiderant angeli aspicere, ET COLA-
PHIS EVM CECIDERVNT, ALII
AVTEM PALMAS IN FACIEM E-
IVS DEDERVNT, quod ipsos iudices fe-
cisse satis probabile est. Nam viri, QVI TE-
NEBANT ILLVM ILLVDEBANT
EICÆDENTES, ET VELA VERVNT
FACIEM EIVS, ET PERCVTIE-
BANT, ET INTERROGABANT E-
VM, DICENTES PROPHETIZA
NOBIS CHRISTE, QVIS EST QVITE
PERCVSSIT? ET ALIA MVLTA
BLASPHEMANTES DICEBANT IN
EVM, ipso Christo Iesu, ne mutiente quidē.

En tibi coronidem huius diræ, durae que
noctis. Ista enim omnia perdurasse vsq; ad
diluculum vero simile est. Principibus qui-
dem aliquantulum dormientibus, ministris
vero hisce exercit, is somnum ab oculis suis
excutientibus. O bonitas & misericordia nō
se vlcifentis. O humilitas, mansuetudo, pa-
tientia, & longanimitas Jesu? Quis tibi pro-
his dignas gratiarū aget actiones, quis refe-
ret gratias? Nullas equidē pates reddere pos-
sumus dilectissimi: at audite quæ loquor, si
illum in his imitati serio fuerimus, ipse pro-
relata sibi gratia, id omnino reputabit, tatus
est

*CVMV-
LVS vir-
suum Iesu
imitandus.
NOTA.*

est Iesu erga nos amor, tantum salutis nostrę desiderium. Id igitur agamus obsecro, & per salutem vestram vos obtestor. Quam ad rem proderit, imo viam, & portam vobis aperiet nocturna, & diurna eorum, quæ hic cum Christo acta sunt, meditatio. Mihi omnia extutere, & exaggerare, nec vox, nec tempus, nec vires sufficiunt. Decem tantum numerot tormentorum, quæ hac nocte sustinuit Jesus capita, quorum tum Euangelista: tum Propheta meminit. Sunt vero ista, alapæ, spuma, colaphi, omnia in facie: præterea illusio-nes, protrusiones, faciei velationes, irritio-nes, blasphemie. Item ex Isaia increpationes, 1/450, 68 & vellicationes. His addetis, ALIA MVL-TA, vt vos Euangelista monuit, quæ omnia mente vestra recognitantes & dilatantes, dilatabitis etiam corda vestra ad contritionem pro peccatis, quæ horum omnium malorum causa extiterunt, ad compassionem, ad gratia-tum actionem, ad admirationem, ad amore, & ad alios sanctos affectus, quos Christus Ie-sus piis animis, piè se inuocantibus commu-nicare consuevit. Et de nocte quidem hac funesta satis.

MANE AVTEM FACTO CONVE-
NERVNT, tā illi qui noctū vexarant Chri-
stum, quam cæteri, qui nocturnæ illi consul-
tationi non aderant. Ex quorum numero
fuit A N N A s, vt ex Joanne colligitur, nec
Yy 2 non

*Mane plen-
num con-
sultum.*

non alij, quos aut ætas, aut somnus grauabat, quique expectabant tempus matutinū, ad quod indictum fuit illud celeberrimum concilium Senadrin dictum, ad locum Senatui illi assignatum, quod in ipsis ædificiis templi situm fuisse, tum ex historiis, tum ex ipso Euangelio haud obscurè habetur. Eo igitur cum omnes in ipso diluculo conuenissent, Jesum ex domo Cayphæ, ad se adduci præcipiunt. Qua de re sic Euangelista.
Eo Christus adducatur.
 ET CONFESTIM MANE CONCILIVM FACIENTES SVMMI SACERDOTES CVM SENIORIBVS, ET UNIVERSO CONCILIO ADVERSVS JESVM, VT EVM MORTI TRADERENT, DVXER VNT EVM IN CONCILIVM. En quam clare dicitur Jesum manè ad illum locū ad ductum fuisse, eumque iam præsentem interrogant; DICENTES SI TV ES CHRISTVS DIC NOBIS. Quæ interrogatio per summum Pontificem, qui de omnibus quæ noctu egerat, eos iam certiores reddiderat facta est. Modestius autem se nunc gerit Cayphas, quam in domo sua, & omittit alia; tum quod infirma esse nosset: tum quod nihil ei coram Pilato profutura parum profuit, sed etiam haud parum obfuit ut inferius videbimus.

Quid

Interrogatur.

Quid vero Christus Jesus ad hæc interrogata? Tria respondet. Principio, AIT ILLIS, SI VOBIS DIXERO, niempe veritatem, quam semper loqui & soleo & debo, NON CREDETIS MIHI, sicut & antea toties mihi eā inculcanti non credidistis vñquam: SI AVTEM ET JNTERROGAVERO, ac interrogando ex lege demonstrare, & conuincere vos voluero, me esse quem interrogatis, verum Christum & Messiam vobis promissum, NON RESPONDEBITIS MIHI. Nam etiam hoc alias fecistiſſis ſæpius: Interroganti enim mihi tum de baptismo Joannis, vndenam fuerit: tum de Christo, cur Dauid vocet illum Dominum ſuum: tum de hydropico, an liuerit eum Sabbato curare: tum de aliis, ſemper ſiluiſſis, ita nunc ſat ſcio vos responsi mihi nihil datus. Et quod caput eſt, NE QVE DIMITTETIS me. Hæc eſt prima responsi Christi pars, qua prodiſt malitiām Judeorū, qui non veritatis agnoscendæ cauſa, ſed calumniæ ſtruendæ gratia id ſciſcitabantur. Vtinam autem inter Christia- IVDICANOS iudices, imitatores non habeant. Quid RE nobis vero nos hinc diſcimus? Jd nimirum, Jesu prohibuit. Christo quidem, qui & corda hominum nouerat, & futura, tanquam præſentia intuebatur, ſicutum fuiffe ſic respōdere, at nobis mihi: Quod tamen facimus, & facimus ſæpe

Yy 3 quidem

*Tria reſpo-
det acute
1. Fruſtra
ſe locuturū,*

*Matt. 21.
Matt. 22.*

*Luc. 14.3.
Quo arguit
malitiām
Iudeorum.*

quidem temerariè, semper vero culpabiliter
contra apertam prohibitionem, tum Christi;
A Christo. tum Pauli Apostoli. Nonne ille clare in-
Ab Aposto- quit. *Nolite iudicare, & non iudicabimini?* hic
lo. vero indignitatem rei considerans, exclama-
Matt. 7.1. mat dicens. *Tu quis es qui iudicas alienum ser-*
Rom. 14.4. *uum?* Quid frequentius proh dolor in no-
stris colloquiis? Judicamus alios, & iudica-
mum ab aliis, ideoque ne resipiscamus iudica-
bimus, id est, condemnabimus a iusto iude-
ce Deo, cuius præmonitioni, immo mandato

COR Vero
maxime.

Exempla.

obedire noluimus. Hæc dixerim, tum ne
quis in similibus exemplo Christi se excusat:
tum ut moneam, cum omnes oblocutiones
& detractiones, tum vero eas quæ cor petut,
& in mente versantur valde cauendas esse;
Eiusmodi sunt, exempli causa, dicere istum
prauo animo, & intentione hoc fecisse, a
lium malum quid moliri & cogitare. Deni-
que cum ait: Ego scio istum, & in despe-
ctum mei omnia agere, & in corde suo pes-
simum quid meditari. Tu cinis, & puluis
cogitationes scis hominum? tu corda scruta-
ris aliena, qui, quid tecum agatur peni-
tus ignoras? O procacitas. O cæcitas ca-
stiganda nimis, nisi tu eam in te castigaue-
ris. Normam dedi, qua sexcenta talia iu-
dicia iudicare poteris, & à te profligare de-
bebis.

*a. Externa
iudicio ser-
ver.*

Altera responsi Christi pars est. EX
HOC

HOC AVTEM ERIT FILIVS HOMINIS SEDENS A DEXTRIS DEI. Quo etiam spectare puto illa quæ habet Matthæus, dicente Christo, VERVNTAMEN DICO VOBIS AMODO. Id est, post hoc tempus VIDEBITIS FILIVM HONINIS SEDENTEM A DEXTRIS VIRTUTIS DEI, ET VENIENTEM IN NVBIBVS COELI. In summa terret iniustos iudices futuro iusto iudicio suo, si forte salutari concepto metu, & timore ad cor redire, & ab iniqüissimo iudicio cessare, Messiamq; sibi missum agnoscere velint. Hæc sicut alias, ita ultima ista die, qua in hoc mortali vixit corpore fuit CHRISTI JESV concio, quem egregiè Apostoli sunt secuti, extreum iudicium tum fidelibus, tum infidelibus inculcantes. Et vero si ad terrores istos infideles obsurduerunt Judæi, ne obsurdescant quæso fideles Christiani. Sed primum quidem iudices recordentur se habere iudicem, qui omnes iudices seuerè iudicabit,

*JUDICES
JUDICANT
DI.*

*JUDICIS
timor.*

pro præteritis peccatis penitentiam in nobis excitet, & à futuris faciendis nos deterreat, & ad omne opus bonum, quod tūc valebit plurimum nos salubriter impellat. Ne

*Iudei sua
promouent.*

*IMAGO
impiorum
fugienda.*

simus rogo, vt Judæi isti, qui hæc monita audientes, DIXERVNT OMNES, TV ERGO ES FILIVS DEI? En viuam impiorum effigiem, qui repudiatis omnibus monitis, quæ illos iuuare possent, suam quæ pertinaciter animo conceperunt prosequuntur, & promouent impietatem. O quam id frequens in nobis. O vtinā, & diligenter nos hac in parte examinemus, & hanc, tum obsurdescētiam, tum impietatem ex nobis exturbemus. Surditatem quidem ad audienda salutaria, impietatem vero ad promēda, quæ mente concepimus nefaria, quæ nonnunquam ex seruorū Dei nos monentium sermone vafre colligimus, vt hic Judæi cum suo, ERGO. Nonne id aliquando experi sumus? Vtinam rarius. Ponunt autem illi hoc ERGO, tum dicta de causa, nempe vt ex ore Jesu intelligent, an se esse Messiam fateatur: tum ex dictis Jesu non ineptè ad maiorem sui perditionem id colligentes. Sede re enim à dextris virtutis Dei, filij Dei proprium est.

*3. Christus
faretur se
esse filium
Dei.*

Quare tertium & ultimum responsum dat illis Jesus, & AIT VOS DICITIS, nempe quod res est cadē, quo prius phrasitur

titur dicta de causa. QVIA ERGO SVM, *NOTA.*
nempe filius Dei. Quam amplum testimoniū diuinitatis suę ultimō ad Judæos prolatum, ut menti hæreret firmius contra omnes perfidos, tam Judæos quam hæreticos? Magna sane consolatio Catholicorum qui illud, ut par est, ponderant. Respondet autem Christus ad series interrogationes, & hic, ut antea, (sicut etiam superius monuimus) & semper, ut nos idem facere doceret: nugas videlicet, mendacia, & quæ per se rulant, silentio inuoluenda: ad seria vero graviter, & modestè respondendum esse. Porro Iudei audito hoc verbo Jesu mirè exultantes, DIXER VNT QVID ADHVC DESIDERAMVS TESTIMONIVM, cum illo opus non habeamus? IPSI ENIM AVDIVIMVS DE ORE EIUS, fatentem illum se esse Christum & filium Dei. Idcirco omnes, totū videlicet illud septuaginta duorum iudicium concilium, CONDEM- NAR VNT EVM ESSE REVVM MORTIS. Huc enim verba ista, quæ alter habet Euangelista referenda esse nihil ambigo, cū certum sit sine decreto hoc Senatusconsultum transactum non fuisse. Quis vero non obstupefacat ad tantam hominum istorum cœcitatem, qui contrarium omnino quare res se habet concludunt? Nonne & scriptura tota, & ratio ipsa docuit Christum Mes-

*REGVL A
responsum
dandis.*

Iudei exultant.

*Et decreta
mortis fer-
runt.*

*Excusatifs-
simum.*

siam, filiumque Dei, tam diu desideratum,
 & ab omnibus expetitum, cuius aduentus
 tempus iam aduenisse certo sciebant, reci-
 piendum, audiendum, honorandum, & ado-
 randum esse? cuius tamen omnino contra-
 trium, nempe repudiandum, morti traden-
 dum, cruci affigendum, esse isti inferant? O
 quot habent imitatores inter hereticos, pseu-
 dopoliticos, & obstinatos in aliquo virtio Ca-
 tholicos, qui pertinacia animati nihil his
 meliores, imo aliquanto etiam absurdiores
 formant consequencias, ad errorem suum
 defensandum ac promouendum. Vnam
 aliquando tandem qui tantam in Judæis ca-
 citatem, turpitudinem, nequitiam detestan-
 tur: suam quoque & agnoscere, & desere
 velint.

Ceterum quod D. Matthæus paucis per
 anticipationem interiectis de Iuda prodi-
 tore narrat, eximiè hoc quadrat, nostram
 que sententiam confirnat. Ait enim,
TVNC VIDENS IVDAS, QVI
EVM TRADIDIT QVOD DA-
MNATVS ESSET. Non alia certe,
 quam hac de qua iam egimus damnatione.
 Nam dicere id demum post decretum Pilati
 esse factum, & narrationi Matthæi, & ipsi
 rei repugnat. Cur enim iterum Iudæi po-
 titi suo fine conuenissent, præsertim cum
 iam tarda esset hora? Iudas itaque post
 quam

IMITA-
TORES
cauendi.

Iude Isea-
riotis pani-
tentia Gn-
de, & quā-
do.

quam audiuit decretum à Iudæis de nece
 Jesu latum, vidissetque Christum nolle
 se, vt antea ex manibus inimicorum extri-
 care. **POENITENTIA DVCTVS**
Nequam.
 falsa & iniqua, vt & nos alias demonstrau-
 mus, & cunctus comprobauit. **RETUSUS**
LIT TRIGINTA ARGENTE
RESTITUTVS
TIO tamē
bona, tdeo
faciendam.

O S, videant, & diligenter videant, qui ma-
 le parta restituere nolunt, quid agant, &
 timeant timore horribili, ne ab ipso etiam
 Iuda traditore damnentur; qui id qui-
 dem benè fecit quod pecuniam **PRIN-**
CIPIBVS SACERDOTVM, ET
SENIORIBVS in illo concilio ad-
 huc congregatis reddidit, vt hac ratione;
 tum quod suum non erat restitueret; tum
 Christum liberaret. **DICENS PEC-**
CAVI TRADENS SANGVINEM
JVSTVM. Sed frustra: Nam Judæi re-
 spondentes, **DIXERVNT QVID**
Alias Iudeas
rū caccias.
AD NOS? Nihil ad vos, & scelerati qui
 totius huius tragœdiæ causa, & origo fui-
 stis? **TV VIDERIS.** inquit Judæ. Vi-
 det sanè iam ipse quid egerit, sed & vos una
 cum ipso videtis, & videbitis in æternum,
 quid mali artes istæ transferendi culpam in
 alium vobis attulerint. Clamo iterum hic e-
 go voce grandi Fugite Christiani, fugite Ca-
 tholici mei hoc barathrum, fugite, inquam
 excusationem, & translationem in aliū pec-
 cati

EXCVS A-
TIONES
fugienda.
NOTÆ

cati vestri, cum omni tempore, tum vero in confessione, quod tamen haud raro facitis, immemores quid, tum primis nostris parentibus, tum hisce Judæis acciderit. Memores igitur saltem nunc iam estote, & non solum id non agite amplius, sed de anteactis, & dolete & confitemini.

*Vbi proie-
cta a Iuda
pecunia.*

*Locus Se-
nadrin.*

Mors Iuda.

Act. 1.18.

*Iudei co-
lantes cu-
licem.*

Quid vero Judas ad hanc pontificum responsonem? Id nimur quod habet item Matthæus, ET PROIECTIS ARGENTEIS JN TEMPLO. Vnde evidenter colligitur, vel in aliquo templi illius amplissimi angulo, vel in ædificio ei adnexo (tot enim ibi erant ædificia, ut teste Josepho in obsidione Hierosolymana post quadraginta annos facta, duo exercitus in iis continerentur) locum fuisse huic concilio designatum. Judas itaque pecuniam illum, aut ad pedes Pontificum, aut statim portam egressus in templo proiecit, & RECESIT, ET ABIENS LAQVEO SE SPENDIT, inquit Matthæus. Lucas vero in actis addit, quod suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Suspendū tamen hoc post mortem demum Christiacidisse automo, quando vedit se iam omnis spe sua de liberatione Jesu frustratum fuisse. PRINCIPES AVTEM SACERDOTVM ACCEPTIS ARGENTEIS DIXERVNT, NON LICET EOS MITERE

T
zo
PR
ne
pe
ne
lice
ha
stu
ren
Do
O
illo
cat
to
dic
rec
fac
nu
obi
inp
pœ
duc
inc
Jude
min
RV
LI
NO
est

TERE IN CORBONAM, id est, in gazonophylacium templi, dantq; ratione, QVIA PRETIVM SANGVINIS EST. Nonne videtis, quomodo hic quoque, vt aliâs sepe impletur, illud dictum Christi ad istos nequam homines. Duces cæci excolantes cu- Mat. 23.24
licem, camelum autem glutientes? Scrupulum habent pecuniam, prb qua emerunt Christum in usum templi conuertere; at nullo remorsu tanguntur conscientiæ, Christum Dominum templi crucifigere. O scelus: O quot habent inter Christianos affeclas? illos nempe omnem, qui parua quidem peccata saepe etiam nulla maximi; maxima vero parui, vel nihil estimant. Quis vero non dico numerum, sed etiam ipsa genera talium recensabit? Fecimus nos ex parte aliâs, & faciendum est saepius, nunc tetigisse, & monuisse sit satis, clamo itaque. Cessate ab his obsecro, sapientes esto, cōsiliis doctorum, in primis vero ecclesiæ acquiescite, præterita penitentia delete, futura cauete, ne cæcos duces sequentes in foueas infernales omnes incidatis. Quid vero remedij inuenerunt Judæi ad tollendum suum scrupum? Jd nimurum. CONSILIO INITO EMERVNT EX ILLIS AGRVM FIGVLI IN SEPVLVRAM PEREGRINORVM. Hinc meo iudicio perspicuum est adhuc in eodem loco Judæos fuisse. Illa vero

CAMELI
NON glu-
stiends.

Judæi agris
emurunt.

Littera enea-
datio.

Matt. 27.2. vero aliquot verba Matthæi, ET VIN.
Ibid. v.11. CTVM ADDVXERVNT EVM, ET
 TRADIDERVNT PONTIO PI-
 LATO PRÆSIDI, quasi in parenthesi
 posita coniungenda sunt cum illis, JESVS
 AVTEM STETIT ANTE PRÆSI-
 DEM. Id autem, & particula AVTEM de-
 notat, & omnia pulchre consentiunt de pe-
 cunia in templo proiecta. Netno autem vel
 leuiter in scriptura versatus ignorat Evan-
 gelistas anticipatione, & postpositione uti
 consueisse, prout res historiæ menti eorum
 recurrebant.

Mysteria agri empti. Hæc ad literam dilucidandam. Porro
 quicquid à Judæis in hac emptione agri
 actum est, non tam illorum quam Chri-
 sti diuina ordinatione, & voluntate factum
 est: tum ut prophetia impleretur: tum quia
 voluit maximus omnium peregrinus JE-
 SVS suis pecuniis, nempè pro sanguine
 ipsius datis peregrinis locū sepulturæ com-
 parare. PROPTER HOC VOCA-
 TVS EST AGER ILLE HA-
 CELDEMA, HOC EST AGER
 SANGVINIS. VSQVE IN HO-
 DIERNVM DIEM. Quo quidem
 facto, nullum apertius, & illustrius impie-
 tatis, ac sceleris Iudaici perpetuæ memoriarum
 monumentum excogitari potuit, quā quod
 ipsi met posuerūt. Nam ad hanc horam ager

I. Summi peregrini.


*2. Testimo-
nij Iudaica
perfidae.*

iste sanguinolentiam eorum arguit, & increpat perfidiam. Quod vero ad prophetiam à Matthæo allatam, & titulo Ieremiæ insignitam attinet, in ea explicada multis me occupare nolo. Satis sit nobis, vel pro Zacharia Ieremiam positum vitio scriptorum, ut quidā antiquissimi volunt: vel olim hæc testimonium in Ieremia fuisse, sicut se vnum exemplar prophetiæ Ieremiæ vidisse testatur Hieronymus, in quo hæc ad verbum habebantur. Sensus vero idem est apud omnes, licet in verbis sit aliqua differentia.

His peractis VINCENTES JESVM, qui iuxta consuetudinem quamdiu de co-
noscitur liber à vinculis fuit; denuo
VINCTVM ADDVCNT EVM, ET
TRADVNT PONTIO PILATO
PRÆSIDI. Quid vero tum in noua illa, &
crudeli manuū, ac brachiorū Iesu constrictione,
tum in toto itinere à templo, siue loco
concilij, ad domum Pilati, siue ad prætorium
acta ab impijs, tolerata à Christo fuere;
hæc ita sicut & priora vobis tempora visitatibus
meditanda ac ruminanda relinquo. Illud
tantum signo ad consolationem nostri,
qui ex gentibus conuersi sumus. Judæos
quidem noctu Christum habuisse, MANE
vero Ethnicis illum tradidisse, vt etiam hac
ceremonia illustraretur illud mysterium
quod postea Paulus notauit dicens: usque in
bodier-

*Mysterium
de Ethnico-
rum conver-
sione.*

2. Cor. 3. 14 hodiernū enim diem id ipsum velamen in lectio-
nē veteris testamēti manet nō reuelatū Judgeis, quia
nox apud illos est & in tenebris detinent
verbum Dei, ideoq; non agnoscent Iesum:
vestrum igitur est hæc, & alia beneficia con-
templari, & pro ijs gratias agere; meum ve-
rò ad tertiam concionis partem me accin-
gere, quod dum facio quiescamus parum &
humiliter semel Pater & Aue recitemus.



REGES TERRÆ. TERTIA PAR.S.

Iudeas feris ferociores. NATuram ferocium animalium descri-
bens sacer Propheta Dauid his Deum
Psal. 103. 20 alloquitur verbis: Posuisti tenebras & facta
est nox in ipsa pertransibunt omnes bestie silua.
Catuli leonum rugientes ut rapiant & quarant
à Deo escam sibi. Ortus est sol & congregati sunt
& in cubilibus suis collocabuntur. At verò ru-
gientes summi sacerdotes ac principes Ju-
dorum bestijs crudeliores, leonibus sauvio-
res noctu Deo sic volēte, capta raptaq; elca,
diu ab illis experita, cum illam totam in hac
sanctissima præda diuexanda & exagitanda
nequiter consumpsissent: orto iam sole
non in cubilibus suis collocati sunt, sed in
vnum congregati agnum illum innocentis-
simum,

simum, & mansuetissimum adduxerūt AD
 PRÆTORIVM, ET TRADIDE-
 RVNT PONTIO PILATO PRÆSIDI,
 vt non solum ipsi, sed etiam Ethnici sangu-
 ne & ignominij Jesu exsaturarentur. Et
 verò vt hypocritas denuo agnoscas, rursum
 culicem colantes & camelum glutientes
 NON INTROIERVNT JN PRÆ-
 TORIVM, VT NON CONTAMI-
 NARENTVR SED VT MANDVCA-
 RENT PASCHA. Quid per Pascha hic
 intelligatur heri dixi, nunc iterum iterumq;
 vos mihi in Christo charissimos moneo vt
 hypocrisy, & de diiudicandis peccatis per-
 uersum iudicium fugiatis per quam diligenter.

*Ducunt iugum
sum ad praetorium.*

*HYPOCR
SIM FV
GE.*

Itaque aut per milites Pilati, aut per mi-
 nistros suos intruserunt Jesum in prætori-
 um, nihil vt appareat dicentes etiam per sub-
 missas personas, EXIVIT ERGO PILA-
 TVS AD EOS FORAS ET DIXIT:
 QVAM ACCVSATIONEM ADFER-
 TIS ADVERSVS HOMINEM HVNC?
 RESPONDERVNT ET DIXERVNT
 EI: SI NON ESSET HIC MALEFA-
 CTOR NON TIBI TRADIDISSE-
 MVS EVM. Astutè causæ non fidentes
 autoritatem suam interponunt, vt indicta
 causa Jesus condemnetur. O vtinam inter
 Christianos affectatoribus careant, Magna-
 tes

*IVSTITI-
AM NE
OPPRIMAT.*

tes mei qui tum minis, tum his similibus artibus perfringere vultis omnia, & loco mouere iustitiam satagit, videte & quos imitamini & quid vos maneat. Vos vero iudices, cauete ne his territamentis vel fauoribus a recto deuicietis: quinimo, cum tale quid animaduertetis, eo diligentiores estote in causa examinanda, quo suspicio maior vobis datur rem non sinecere procedere, ne ab Ethniciis quod absit condemnemini; tum a Festo

Act. 25.16.
Ne ab Ethnicis damperis.

Act. 25.17.
A Festo, & Romanis consuetudo donare aliquem hominem

NOTA. priusquam is qui accusatur presentes habeat accusatores locumque defendendi accipiat, ad abluenda crimina. O pulchra consuetudo. Vtiam ubique vigeat. Simile quid hic facit Pilatus, mollius tamen.

Nam ait EIS: AC CIPITE EVM VOS ET SECUNDVM LEGEM VESTRAM JUDICATE EVM. Vnde evidens est Judaeos etiam tunc sub Romanis, fuisse in quibusdam virtute & necis dominos; propterea cum alios, tum Stephanum in iudicio condemnatum & extra civitatem eductum lapidibus obruerunt. Hic vero quid? DIXERVNT ERGO JUDAEI Pilato respondentes: NOBIS NON LICET JNTERFICERE

QVNQVAM. Et ne cui remaneret du bium

*CAUSA
incognita
ne iudicet.*

Pilato.

Act. 7.58.

Iudeis non licuit crucifigere, quod de Christo fieri solebant,

bium cur id dixerint, addit Joannes: VT SERMO JESV IMPLERETVR QVEM DIXIT SIGNIFICANS QVA MORTE ESSET MORITVRVS nempè per mortem crucis. Significauerat enim id Jesus: tum Apostolis, apertè inquiens, filius <sup>Eripse præd
dixerat.</sup> hominis tradetur ut crucifigatur; tum omnibus sub verbo exaltationis dicens, & ego si <sup>Matt. 26.24
Ioan. 12.32</sup> exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum, quod de cruce etiam ipsa turba intellexit. Crucifigere autem quempiam non erat tunc licitum Judæis, siue ex prohibitione Cæsaris, siue ex consuetudine ut bene probat noster P. Alphonsus Salmeron, & i- <sup>Sal. tract.
26.40m.10.</sup> pse textus certè satis clare id docet. A verborum autem proprietate quantum fieri potest non recedere stat mili semper sententia. Quare cum Judæi vellent, sed non possent Christum cruci affigere, id petunt à Pilato. Quod verò aliquando eum lapidare <sup>Occurrerat
tentabant, id tumultuariè, non iuridicè, & obiectio-</sup> ab aliquot tantum, non à summo pontifice cum concilio ut hic agitatum fuit; in ipso e- tiā templo, vel eius gazophilacio.

Itaque Judæi cum vidissent Pilatum in- <sup>Iudas crt.
minacosa
figunt.</sup> auditâ accusatione, & responsione nolle iu- dicare, ad cōfingenda contra Jesum crimi- na animûm convertunt suum. Et adferunt talia non pauca, inordinatè quidem ut sit in tumultibus, quæ tamen nos in sequenti

concione in ordinem redigemus : hic verò ea tantum quæ aut ad literam explanādam, aut ad historiam continuandam sunt necessaria percensebimus ex varijs Evangelistis diuersa decerpentes : COEPERVNT ergo ait Lucas . JLLVM ACCVSARE DILECTNES: HVNC INVENIM VSSVB-
VERTENT EM GENTEM NO-
STRAM . PROHIBENTEM TRIBU-
TADARI CÆSARI, ET DICEN-
TEM SE CHRISTM REGEM ESSE.

*Vnum ar-
ripit Pilat-
us, &c.*

Hoc postremum quia maioris erat momenti cordi accepit Pilatus. Nouerat enim Iudeos expectare Regem quendam celebrimum, qui illos ab omni seruitute vindicare deberet. Nec ignorabat ut puto tempus aduentus huius regis iam aduenisse ; ERGO ne quid Pilatus contra Cæsarem, cuius locū ipse in Iudea tenebat faceret, INTROIVIT JTERVM JN PRÆTORIVM PI-
LATVS ET VOCAVIT JESVM , solus enim tunc egressus fuerat : Jesu in prætorio relicto : JESVS AVTEM vocatus STE-
TIT ANTE PRÆSIDEM ET JTER-
ROGAVIT EVM PRÆSES : TV ES
REX JVDÆORVM ? Magna fave quæstio & excussione ac responso digna. Idcirco RESPONDET JESVS : A TEMET-
IPSO HOC DICIS, AN ALII TIBI DI-
XERVNT DE ME ? Interrogat vicissim iudi-

*Quaritan-
sis Rex Iu-
deorum.*

*Responſe
Christi de-
centia. &c.*

iudicem. Cur quæso, cum id sit indecorum & inusitatum? At Christo vistatum ut pa-
lo ante audistis, ideoq; decetissimum quod
ipsum decus facit, quodque ratio docet. Ra-
tionem verò huius responsi dat Chrysostomus,
voluisse videlicet Christum Pilatum
officij sui commonefacere, vt seruata iuris
forma accusatoribus & præsentibus, & que-
relam deponentibus, reo verò respondentे
negotium transigeretur. Alij verò obedi-
entiam in causa fuisse ajunt, nempe vt si in-
telligeret ex ore Pilati illum, hoc tanquam
iudicem scire velle, responsum iudex acci-
peret. Potest etiam forte dici Iesum more
suo Pilatum conuincere velle, idque duplici,
quasi dilemmate pereximiè facere. Vnum
est, vel tu, ô Pilate, A TEMETIPSO HOC
DICIS, vel non. Non illud, vt ipse paulo
post fatetur; ergo istud. Atqui ita non de-
bes tu, ô Pilate istis, qui tibi id retulerunt, &
quos hostes meos esse, ac ex inuidia me tibi
tradidisse nosti credere, me videlicet regnū
hoc, de quo tibi Cæsarique tuo cura est, vel
appetere, vel procurasse vñquam. Hæc est a-
cutissima Christi Iesu argumentatio, quam
pro vtraque parte ipsum iudicis responsum
approbat. NAM RESPONDIT PI-
LATVS, NVNQVID EGO IVDÆVS
SVM? GENS TVA, ET PONTIFI-
CES TRADIDERVNT TE MIHI

Zz 3 QVID

*1. Ratio.
Iesus.
Chrysostomus.
82. in Mat.*

*2. Obedi-
entia.
Tol. in hac
verba.*

*3. Mos Iesu,
& duo de-
lennata.*

*Alterum, quo
Pilate cora-
sumscitur.*

QVID FECISTI? Agnoscit igitur Pilatus, tum se non ex seipso id habere: tum accusatores eius id dixisse. Sciuisse autem illum, QVOD PER INVIDIAM TRADERVNT EVM SVMMI SACERDOTES, alter Euangelista testatur. Ex omni igitur parte Pilatus redarguitur & conuincitur.

*Alterum
simile priso-
ri.*

NOTA.

Altera vero Christi demonstratio in sequentibus appetet. Nam tum ad prius, tum ad hoc posterius Pilati quæsumum, RESPONDIT JESVS, REGNUM MEVM NON EST DE HOC MUNDO. Vnde aliud dilemma sic notare licet. Si tu, ô Pilate, putas regnum meum esse simile regno tui Cæsaris, erras sanè. Si enim id verum esset, MINISTRI MEI VTIQUE DECERTARENT, VT NON TRADERER JVDÆIS, quod fieri non vides: imo non te latet me nullos vñquam armatos ministros habuisse; Sin vero de regno alterius generis me interrogas, nō sis, & iterum repeteo: NVNC AVTÈM REGNUM MEVM NON EST HINC. Non est mundanum, non est cum potentia, aut magnificenter. Proinde nō est quod tu, Cæsar ut tuus aliquem tumultum perhorrescat. O responsum sapientissimum! & ita conuincens, vt neq; ipse Pilatus dubitaret quicquā ita se rem habere. Quod ex dictis eius posterioribus

rioribus euidenter conuincitur. Si enim credidisset illum ad instar aliorū regum, regem, aut esse, aut fieri velle, nūquā dixisset, NVL· LAM CAVSAM MORTIS INVENIO IN EO, quod aliquoties repetit. Satis enim causæ ad condemnaudam eū habuisset, si illum terrenum, imo illud ipsum cuius ipse gubernator, heros vero eius Dominus erat, affectare credidisset.

Porro sciuisse Pilatum Christum non negare, quinimo confiteri sē quadantenus regem esse patet ex sequentibus. Nam ad hēc, DICIT EI PILATVS, ERGO REX ES TV? RESPONDIT EI JESVS: TV DICIS. De qua phrasι iam bis egī, eam videlicet approbāis, & consitentis esī. Ideo Marcus antea eam retulit per EGO SVM. An vero Christus Jesus præter regnum spirituale, de quo satis constat habuerit etiam dominium possessionum totius orbis, quo ad temporalia, disputare hac præsertim die nec volo, nec debo. Illud tantum insinuare volo erroribus pseudopoliticorum, qui non ecclesiasticos modo, sed & Sacramenta, & ipsum Christum (ut quædam heri audiuitis) subiugare volunt suo imperio, dicta hēc Christi in nullo penitus suffragari, ea vero quæ sequuntur, merito illos valde percellere debere. Addit enim Jesus in suo ad Pilatū responso. EGO IN HOC NATVS

Zz 4 SVM,

Norat Pilatus Christum Regem

*PSEUDO-POLITIA
ACCA
VE Schen
menter.*

*Quae è dia-
metro Chri-
sto est con-
traria.*

NOTA.

SVM, ET AD HOC VENJ IN MVN-
DVM, quam emphaticè loquitur, VT TE-
STIMONIVM PER HIBEREM VE-
RITATI: De nostris vero Politicis, vna cù
Magistro suo Macchiauello contrarium ve-
rificè dici potest, nempe illos in hoc natos
esse, & ad hoc in mundo apparuisse, vt testi-
monium perhibeant falsitati. Quis libros
quidem illorū legens verbis: facta vero eo-
rum intuens operibus: id illos testari, non
videt oculis, ipsisque non palpant manibus?
Proh dolor, & pudor; gentem Christianam
ad tantam deuenisse coecitatem, & vesania,
vt fraudem, mendacium, hypocrisim ponat
fundamentum suum: vt pro veritate adoret
falsitatem, vt pro eo cuius se insigniuit no-
mine, qui ipsa veritas est, recipiat illum, de
quo Saluator, mendax est pater eius, nempe
mendacij. Conuertimini obsecro ab hac via
vestra prava ad vias rectas, in quibus ambu-
lauerunt patres vestri, ideoq; benedictionē
veritatis Jesu vobis post se reliquerunt: vt e-
andem vos quoq; posteris vestris relinquat-
is. & non maledictionem, quæ ex maledicta
ista doctrina iminere ceruicibus vestris vi-
detur. Et vero si nosse vultis, an existorum
sitis numero, regulam ex ore ipsius Jesu, en-
accipite. Subdit enim ille OMNIS QUI
EST EX VERITATE AVDIT VO-
CEM MEAM. *Vos ipsos tentate, dicam cum*
Apostolo,

*Regula eā
cognoscēdi.*

2. Cor. 13. 5.

Apostolo, & si quidem veritas vobis cordi est, ita ut quantum in vobis est, ne latu quo dicitur ynguem ab illa recedere cupiatis bene est: sin vero ut vos docet Machiauellus, & asseclæ eius, non dubitatis mendacia serere, vt finem præfixum assequi possitis, certo vobis persuadeatis vos non esse EX VERITATE, nec VOCEM Christi, sed Antichristi audire, ideoque non à veritate mercedem, sed pro falsitate penas expectare oportere.

Cæterum ad pleniorum horum omnium, & aliorum similiū cognitionem, haud modicūm conductit diligens eorum, quæ sequuntur consideratio. His enim auditis à Christo, DICIT EI PILATVS, QVID EST VERITAS? ET CVM HÆC DIXISSET, ITERVM EXIVIT AD JVDAEOS. Duo hic in Pilato notamus. Primū imitandum, alterum fugiendum. Exprimēdus est in eo, quod cupit nosse veritatem: fugiendus vero in illo quod fugiat antequam Christus eam in medium proferat. O quot sunt, qui in hoc postremo eius insistunt vestigiis? imo multo peiora hac in parte faciunt, tum iij quos iam nominaui, tum eis similis. Quibus tam exosa est veritas, vt non solum eam non requirant, sed etiam nec alibi, nec in ipsis concionibus, quæ Christi nomine fiunt eam dici patientur. Quod si vel

Zz 5

caſu,

*Pilatus
quarens de
veritate.*

Duo facit.

Matt. 12. 41
**CAVE
DAM-
NARI
à Pilato tri-
pliciter.**

casu, vel aliqua occasione in id inciderint,
aut aures obdurant, aut idem quod Pilatus
faciunt. Tanto Pilato infeliores, quanto
feliciores quod Christum agnoverunt. Qui
recordentur, quæso decreti Christi Jesu ini-
nitantur Judæis, illos tum à Ninivius, tum à
Regina Austri, olim esse iudicandos: ita isti à
Pilate triplici nomine damnabuntur. Primo
iam dicta de causa: Secundo quia Pilatus sci-
re, isti vero nescire volūt, QVID EST VE-
RITAS. Tertio eo quod Pilatus, quasi ne-
cessitate quadam iudicia exercendi compul-
sus, responsum Christi nō expectauit: illi ve-
ro data opera, utinam etiam aliquando non
ex malitia, non solum ipsi scire veritatem re-
fugiant; sed & alios ab eius cognitione arcēt,
& quod est miserrimum illos qui eam docēt
infectantur. Hos ergo per viscera misericor-
diae Dei oro & obsecro, ut ea quæ dicta sunt
ad cor admittentes hac sancta die ad peni-
tentiam se conuertant, & reiecta falsitate
amplectantur veritatem, ac in ea fideles Dei
patri, & Ecclesiæ matri persistant semper.

**AUDIVE-
RITA-
TEM.**

Denique omnes reliquos quorum magnus
sanè est numerus, qui cù veritas eis dicitur,
aut alio sermonē diuertunt, aut inde se pro-
ripiunt, monco & hortor, ne Pilatū, sed ma-
iores suos optimos, qui ex ore concionato-
ris non auribus modo, sed & oculis ore aper-
to pendebat, imitari velint.

Sed

Sed videamus quidnam Pilatus cum Ju- *Pilati de*
dais egerit ulterius. Egressus ergo DICIT *Christo re-*
EIS, EGO NVLLAM INVENIO IN *simoniū.*
EO CAVSAM. Supple necis. Quod primū
Christi innocentiae à Pilato publicè prolatū
testimoniū non ferentes SVMMISACER-
DOTES ACCVSABANT EVM IN
NVLTIS. At JESVS NIHIL RESPON-
DIT, etiam si à Pilato moneretur ut respon-
deret. Vnde constare videtur præsentis iam
Christo fuisse accusatores, IESVS AVTEM
AMPLIUS NIHIL RESPONDIT ITA
VT MIRARETVR PRÆSES VEHE-
MENTER. Mirabatur autem cōstantiam,
mansuetudinē, patientiā, mortis cōtemptū,
prudentiam, & alias virtutes Christi. Et eius *MIRE-*
admiratio in nobis, tū imitationē harum vir_z *MVR ET*
tutū: tum admirationem excitare debet; cur
videlicet id Christus fecerit. Verū iā aliquo-
ties dedimus causam silentij cius, sicut enim
corā Iudæis, ita apud Pilatū. & Herodem in-
eptas accusationes tacendo soluit. Eiusmodi
vero has fuisse ipse Pilatus est testis, qui licet
dicat Christo, VIDES IN QVANTIS TE
ACCVSANT? nihili tamē omnia facit, nec
quicquam iis cōmouetur. Quod vidētes Iu- *Iudai Br.*
dai clamoribus INVALESCEBANT DI- *gent cla-*
CENTES COMMΟVIT POPVLVM *moribus &*
DOCENS PER VNIVERSAM JVDÆ *ineptis.*
AMINCIPIENS A GALILÆA VSQVE
HVC. En tibi vnam ex insulis illis ac-
cusatio-

cusationibus. Quid enim referebat Pilatum, aut Cœsarem scire quid Christus doceret populum Judaicum, quorum ipsi religionem contemnebant? Et hoc ipsum in simili causa, de Paulo expresse asserit Lysias sic in epistola sua ad Fœlicem scribens. *Quem nempe Paulum inueni accusari de quaſtionibus legiſ ipſorum, nihil vero dignum morte, aut vinculis habere crimen.*

*Pilatus mit
ter Christi
ad Herodē.*

Nihilominus sentiens Pilatus verba ista, latatus est datam sibi esse occasionem librandi se à sibi molesto iudicio: proinde audiens **GALILÆAM** INTERROGAVIT, SI HOMO GALILÆVS ESSET, ET UT COGNOVIT QVOD DE HERODIS POTESTATE ESSET RÉMISIT EVM AD HERODEM, QVI ET IPSE HIEROSOLYMIS ERAT ILLIS DIEBVS. Fecit autem id non reuerentia Herodis gratia, cum inimicitias haberent ad inuicem, sed dicta de causa. Estne hic aliquis iudex qui Pilatisat? Qui inquam cum posset & deberet judicare causam pauperis viduz, pupilli, & his similium eosque decreto suo ex manibus potentium cripere, propter timorem vel respectus aliquos mundanos, aut quod peius est ob munera, remittit causam aliò, cum pauperum detrimento, sumptu, & oppressione? Caveat ne quem imitaristu-

*PILATI-
ZARE ca-
uio in lex.*

det

det, cum eo pœnas luat æquissimas. Perhor-
rescas igitur quicunque es eiusmodi, & ne
in illum locum tormentorum venias, venias
ad pœnitentiam, damna pauperibus refar-
cias, & in posterum cautius viuas. Porro
quid in ista missione ad Herodem actum fu-
erit, quidue Christus in illo itinere sustinue-
rit vobis ut reliqua itinera meditanda trado:
tum dictis de causis: tum quod consultum
sit relinquere aliquando pijs mentibus quod
ipse per se ruminent, & ad suum deriuenter e-
molumentum. Salua tamen in omnibus &
fide Catholica, & historia sacra. Ita enim
noua nobis inuenire licet, ut quæ antiqua
& calculo ecclesiæ firmata sunt non tollan-
tur, aut non labefactentur. Sicut & olim sus-
tulerunt ea in toto Manichæi, & nunc labe-
factant in parte Caluiniani, afferentes Chri-
stum in cruce inferni tormenta esse passum.
Absint à Catholicis tales blasphemia & nu-
gæ.

Quare eamus iam cum Jesu ad domum *Herodes*
Herodis, de quo dicitur: HERODES AV. *gaudet & i-*
TEM, Js videlicet qui decollauerat Joan. *so Iesu.*
nem Baptistam, VISO JESV GAVISVS
EST VALDE, ERAT ENIM CVPIENS
EX MVLTO TEMPORE VIDERE
EVM. Satis fecit ergo Pilatus desiderio He-
rodes, sed non item Christus: Cur verò He-
rodes desiderauerit videre Christum? Da-
tur

PIA ME-
DITARE
impia vita.

¶. Ob audi-
tum.
FAMILI-
A RES qui
adhibenda.

tur prima ratio, EO QVOD AVDIRET
MVLTA DE E.O. Plerumque reges, &
principes aures tantum suas à longè pascūt
fama bonorum, & sanctorum virorum: at
vero oculos, linguam, cor, mentem, familia-
ritatē, dant scurris, parasitis, detractoribus,
aliisq; haud optimis, qui raro aut nonquam
ab eorum latere recedunt. Talis Herodes.
Vtinam inter Christianos nullus sit talis. Sed
quam vereor ne non solum inter principes,
& alios ciuilis ordinis, sed etiam inter Eccle-
siasticos eiusmodi reperiantur, quod certe
in his præsternim postremis, haud postremū
vitij genus est. Reponite rogo pro heluoni-
bus pauperes esuriētes & sitiētes, pro securi-
tate, viros graues, pro assentatoribus, eos qui
veritatem, & libenter & liberē loquuntur:
pro morionibus, homines doctos, pro im-
piis dehiq; pios & sanctos, & cum talibus li-
benter conuersamini, vt & vos boni, docti,
& sancti sitis, sicut esse debetis: Sanctos enim
vos ipfa vocat scriptura.

¶. Quia cu-
pit videre
miracula.

Deinde altera causa cur Herodes cupie-
bat videre Jesum fuit, quia nimirum SPE-
RABAT SIGNVM ALIQVOD VIDE-
RE AB EO FIERI. Sed ipse ista fecellit
Herodem. Non solum enim miraculo, ve-
rumentiam respōso dignatus est illū Chri-
stus Dominus. Nam sequitur. INTERRO-
GABAT AVTEM EVM, ipsemet Hero-
des

des Christum, MVLTIS SERMONIBVS,
sed paucis, vt reor, vel nullis qui essent ad rē:
Eos porro quia scriptura subtiliter taceant
& nos. Quid vero Iesuſ? ET IPSE NIHIL
EL RESPONDEBAT, ait Lucas: qui solus
hanc historiā notauit. Tacuit igitur quāvis
flarent, PRINCIPES SACERDOTVM,
ET SCRIBÆ CONSTANTER ACCV.
SANTES EVM. Quæ causa horum omni-
um? dicam quod sentio. Non loquitur Iesuſ
Herodi, quia à multo tempore cupiebat, &
videre, & alloqui illū. Hoc enim testatur E-
vāgeliū. Imo vero inquis propterea loqui
debuit. Nam & nos libenter cum talibus scr-
mones miscemus: præsertim si sunt viri in
dignitate positi, vt fuit Herodes rex. Ita sanè
nos. Sed non ita Iesuſ, quamuis & ipse idem
quod nos, sed interest, quo quis animo illum
alloquatur. Si enim curiosè, & curiositatis
causa id facit, non ei responderet, vt ecce ad o-
culum vides factum cum Herode, O doctri-
na diuina cū pro omnibus, tum pro religio-
nis? Quæris in meditationibus, & contem-
plationibus curiosa? non tibi respōdet Chri-
stus, manebis ieiunus & aridus. Quæris fa-
lutifera cum sinceritate & humilitate? nun-
quam satiatur tuo colloquio I E S U S, testes
sunt anachoretæ, testes, & alij tam viri, quam
foeminæ deuotæ. Tu quoque experiare, &
ita se rem habere sarebere. Utinam vero id
gustemus yniuersi. Nec vero in oratione tñ,
sed

*Cur Christus Herodis
nō loquatur.
r. Causa.
NOTA.*

*CURIOSIS factis
Christi.*

*ORATIO
qua bona.*

CONCIO
que insru-
duoſa.

Et cur.

REME-
DIVM.

sed etiam in aliis, imprimis vero in audiendis concionibus hæc valent plurimum. Quot enim sunt quibus non sapiunt conciones, ideoque rarissime ad eas veniunt? Utinam nulli sint in hoc auditorio eiusmodi. Vis causam? Audi. Non sapit tibi concio, quia Christus tibi non loquitur ad cor, quo tacentे quid iuuāt nostræ voces? Fricare quidem aures possunt, fructum quem desideramus facere non possunt. Cur vero Christus tibi non loquitur? Quia Herodem agis. Quia non quæ sunt proficia animæ, sed quæ placent auribus tuis desideras, quia curiosa quæris. Propterea quamdiu hæc dicuntur, & lenocinio verborum ornantur, tamdiu audie audis: cum vero hæc defunt, cum primis autem quando vlcus, quod in te latet tangitur, statim à scamno exilis, & resiliis. Placeat tibi obsecro consilium meum, venias ad conciones magno, & sincero cum animo iuuandi animam tuam, & audiendi non compta, vana, futilia: sed utilia, sancta, & quæ tibi sint pro cataplasmati acri quidē, & mordente sensualitatem tuam; at medicinam adhibente conscientiæ tuæ, & videbis mirandam in te dexteræ excelsi mutationem, ut quæ antea insipida fuere, sape-re incipient loquente ad cor tuum Domi-no Jesu.

Dedi

Dedi vnam causam silentij Jesu, & quæ
circa illam ipse communicare dignatus est,
accipite alias: Itaque secundo non respon-
debat Jesus Herodi, quia non agebat ut iu-
dex: tertio quia non à morte se liberare, sed
morti se tradere pro nobis volebat, is qui
habuit potestatem ponendi animam, & iterum
sumendi eam: quarto ut suos diceret super-
biā taciturnitatem viuendam esse. Nullum
est enim contra illam spiculum validius. Nō
facit autem miracula, tum iisdem de causis,
tum ut impletetur illud sapiētis, Omnia tem-
pus habent. Istud vero tempus non fuit mi-
racula patrandi; sed tormenta patiendi, tum
denique quia nullum vñquam Christus fe-
cit miraculum ostentationis causa. Mago-
rum enim est id proprium. Hic vero Hero-
des nihil aliud desiderabat, quam ut Christus
potentiam suam coram illo demonstraret.

Quid vero postea cum Christo actū fue-
rit continuando Lucas historiam, inquit, *Herodes*
SPREVIT AVTEM ILLVM HERO-
DES CVM EXERCITV SVO. Hero-
des quidem, quia spretum se ab illo putauit,
vt talium suspicioſa est natura: Milites vero,
& aulici quia istis, in eiusmodi rebus domi-
nis suis morem gerere, nihil est iucundius.
Proinde quid putatis, quot, & qualia con-
temptus tormenta, & quibuscum clamoribus
ac sannis, à petulante illo exercitu sustinere

Aaa debuit

2. Causa.

3. Mortis
desiderium.

4. Moralis.

Cur uonſea
cit mira-
cula.

Eccles. 3. 1.

Ioan. 10. 17.

debuit Saluator mund? Jpsfē verò Herodes non solum spreuit Christum: SED ET JL-
LVSIT JNDVTVM VESTE ALBA: quod tunc signum fuit caiusdam stultitiae,
sicut nunc apud quosdam est vestis flava
campinulis aspersa. Atque ita ornatū RE-
MISIT AD PILATVM. Porro quanto
cum dedecore Christus Iesus qui pro do-
ctore, propheta, & miraculorum patratore
maximo habitus est, sic vestitus per plateas
refertissimas hominibus trahebatur, vos co-
gitate, grati esfote, gratias agite, & in sig-
num gratitudinis pati simile quid pro no-
mine ipsius non solū non reculare, sed etiam
desiderare.

*Christus ho-
stis reconcili-
at.* Porro D. Lucas hunc tragadię actum
his concludit verbis. ET FACTI SVNT

AMICI HERODES ET PILATVS JN
JLLA DIE, NAM ANTEA JNIMICI
ERANT AD JNVICEM. Hæc est Chri-
stii bonitas etiam inimicis benefacere: licet
illi redderentur mala pro bonis, vt hic vides,
nempè illum pro reconciliatione accepisse
vestem scurrilem, & videndo, si Christianus
es, doles & indignaris. Indigneris igitur etiā
tibi ipsi quæso. Quotusquisque enim est qui
nō idem facit Christo? Qui inquam pro ab-
solutione à peccatis, pro vsu sacramētorum,
pro gratia accepta, imo pro ingenij acumi-
ne, pro sanitate, pro bonis exteroris sibi libe-
raliter à Dño Iesu collatis, malefacta reddit,

*MALA
PRO BO-
NIS Chri-
sto non red-
denda.*

his

his videlicet omnibus in contemptum creatoris sui abutendo? & post Pascha ad antiqua, vel etiam ad deteriora peccata reuertendo? Quod scelus & ingratitudo tanto nūc est e-normior, quīo non iā à Judæis & Ethnicis vt his, sed à Christianis cōtra Christū cōmititur. Ne ergo fiat obsecro, sed fiat nūc qdē, PROPO-hoc ipso inquā tēporis momento, corā Deo SITVM & angelis eius feria protestatio, vos in ea quā sanctum. nūc accepistis vitæ puritate, toto vitæ vestræ tempore perseverare velle, post Pascha vero, & semper fiat iugis huius ppositi executio.

Reductus itaque iterum ad Pilatum Jesus, Pilatus irēa stetit ante illum, qui dolens munus iudicādi rum con-a-denuo sibi delatū fuisse, conatur Judæis per tur libera-suadere factō etiā Herodis interposito, vt ab re Christū incep̄ta desisterent accusatione, promittens se in aliquo volūtati eorū satisfacturū. Ora-tio ipsius ad Judæos sic describitur, OBTV-LISTIS MIHI HOMINEM HVNC QVASI AVERTENTEM POPVLVM, ET ECCE EGO CORAM VOBIS IN-TERROGANS. En euiden testimonium pr̄fente vtraq; parte rem aq;ā fuisse. Pilatus enim foras Christum eduxerat. Pergit porro Pilatus, NVLLAM CAVSAM IN VENIO IN HOMINE ISTO, EX HIS IN QVIBVS EVM AC-CVSATIS. Mendacij igitur Judæos, Christū vero innocentiae iam secundo arguit. Idemque Herodis aūtoritate comprobat dicens, Ex Herode-sententia: SED NE QVE HERODES supple culpā in eo in-

Aaa 2 uenit

uenit vllam. NAM REMISI VOS AD
ILLVM, ET ECCE NIHIL DIG-
NVM MORTE ACTVM EST EI.
Molestiæ tantummodo , & ignominia illi
illatum est aliquid. Proinde & ego EMEN-

Flagellandum tamē permittit.

DATVM, id est flagellatum , ERGO IL-
LVM DIMITTAM. Imitabor Herodem,
& aliquid imo plus quam ipse in gratiam ve-
stri faciam,dummodo vos quieti esse velitis.
O nequissima imitatio ! O crudelis miseri-

cordia ! Est tamen aliqua respectu Judæo-

rū,qui à suo scelerato proposito nullo mo-

do auocari se patiuntur. Acceptant quidem

vt reor hoc decretum , sed vrgent vltiora,

nempe crucem.

*Optionem dat eligen-
di Barrabā
vel Christū.*

Quapropter videns Pilatum se neq; hac
ratione proficere quicquam , venit illi in
mentē consuetudo dimittendi eis, VNVM
VINCTVM IN PASCHA. Habebat au-
tem tūc insignem latronem nomine BAR-
RABAM , QVI ERAT PROPTER
SEDITIONEM QVANDAM FA-
CTAM IN CIVITATE, ET HOMI-
CIDIVM MISSVS IN CARCEREM. I-
stum igitur solum opposuit Christo , & in-
terrogavit, quem ex his duobus vellent sibi
dimitti. Quam interrogationem bis esse fa-
tam videtur colligi ex Euangelistis, qui va-
riè de hoc loquuntur vixque aliter accom-
modari possunt. Posterior interrogatio est
ad

*Quod bis
facit.*

ad plebem, de qua paulo post. Prior vero est ista, qua ex se, siue quod dicitur motu proprio, Pilatus dat optionem Pontificibus & Senioribus, eligendi vnum ex ipsis duobus. At videns de Christo surdis Judæis cani fabulam, exequitur quod promiserat. TVNC ERGO, inquit Ioan. APPREHENDIT *Flagellat.* PILATVS JESVM, ET FLAGELLAVIT, militibus videlicet, vel lictoribus illū flagellandum tradens. Quo iure, qua iniustitia, vos perpendite, simulque contemplamini, quid tunc cum Christo actum, & quā crudelis flagellatio illa fuerit. Nobis enim, ut iam aliquoties dixi, textum Euangeliū explicare indeque doctrinas paucas ex multis decerpere, cætera vero vestris sanctis meditationibus consideranda relinquere propositum est. Grauissimam tamen, & sœuissimā *Crudelissimā* flagellationem istam fuisse dubitadum non *mē.* est. Non enim Judaico more ad terram corpore prostratus: sed ad columnā more Ethniconum alligatus eam sustinuit; neque ad certum plagarum numerum, vt Mosaica coarctata, sed ad libitum militum, vel Judæorum potius peracta fuit flagellatio, ac proinde omnia membra Christi Jesu penetrasse credenda est. Quis enim dubitat rabidos istos canes, Judæos inquam, sicutientes Christi sanguinem, neq; hic ullis pepercisse sumptibus, vt filius Dei atrocissimè toto corpore dilaniaretur?

Aaa 3 Sed

*Coronatio
enuentum
Iudeorum.* Sed & sequens immanissimum tormentum inuenitum istorum fuisse facile mihi persuadeo, cum neque Pilatum id praecipisse neq; Ethnicos id in more habuisse legerim vñquam. Judæi itaq; vt reor intuētes adhuc vnum in Christo membrum, ipsū videlicet caput, quāvis alapis & colophis valde contusum & liuore obductū, nondum tamē vulneratum, quid fecerunt? Excogitarunt supplicium ipso etiam auditu horrendum. Plectunt vel plecti faciunt coronā ex spinis magnos sanè, & acutos aculeos habentibus, vt ex iis qui religiosè coluntur apparer (rhamnum fuisse plerique putant) eamq; sanctissimo capiti Jesu imponi curant. Res ut acta est sic describitur. TVNC MILITES PRÆSIDIS SVSCIPIENTES JESVM IN PRÆTORIVM, id est, vt alter Euágelistा explicat, IN ATRIVM PRÆTORII. Fortè ideo vt Judæi, qui extra prætorium erant per fores apertas hoc crudele spectaculum intueri possent. CONGREGAVE-RVNT AD EVM VNIVERSAM COHORTEM, tum afflictionis, tum ignominiae maioris causa. ET EXVENTES EVM. Hinc aliqui colligunt post flagellationem iam vestitum fuisse, & iterum spoliatum, forte propter illā, de qua egimus Iudeorum non verbis tantum, sed & pecunis factam suggestionem, CHLAMYDEM. Paludamen-

*Spine accu-
leata nimis*

damentum videlicet militare quo supra ar- *Vestis pura*
ma uti consueuerant COCCINEAM, siue VE- *purea.*
STE PURPURA, vi Joānes habet, idem enim
est vtriusq; color, nemper rubens, & quamuis
purpura sit preciosior, saepe tamen vnū pro
alio venditur propter purpurae raritatē. Coc-
cineum autem sunt grana nota, vnde olim
Polonia nostra magnos reddit⁹ habuit, quæ
auaritia monopolium procurantibus, nec MONO-
ILLI satisfacere valentibus, (vt à majoribus *POLIVM*
aceperimus) perierūt. Ita fratres mei propter
peccata quorūdam, & inordinationem no-
stram, priuat nos Deus etiam bonis tempo-
ralibus. Utinam in posterū simus cautiōres.
Sed ad nostra reuertamur.

Itaq; chlamyde illa coccinea, siue VESTE *Quomodo*
PURPURA peruetusta procul dubio CIR- *Christus*
CVM DEDERVNT EVM, inquit Joannes *ornatur.*
valde aptè, vt scias totam partem anteri-
orem corporis flagellis excarnificatam in
propatulo fuisse. ET PLECTENTES CO-
RONAM DE SPINIS, quam ad instar pi-
lei fuisse quidam contemplantur, vt sic to-
tum caput vulneraretur, POSVERVNT
SUPER CAPVT EIVS, imo non solum
posuerunt, sed etiam incusserunt, incul-
carunt capiti tenerimo. O dolor, ô
crudelitas! Neque id satis, sed & A-
RVNDINEM IN DEXTERA EIVS
collocarunt; nimis ne quid decesset ad

Aaa 4 insi-

*Tria regis
in signia
quid desi-
gnent.*

in signia regis. Reges enim mundani sedentes in maiestate, & throno suo, in his tribus maximè gloriari consuerunt. In chlamyde, inquam, qua à principio soli tantum Imperatores vtebantur, uesteque splendente: in corona aurea lapillis preciosis, & gemmis distincta: & in sceptro pariter decorato. Quorum trium, uestis quidem opes ac diuitias, quibus totum regnum, ut ueste corpus circundatur: corona vero honorem, gloriam, reuerentiam: Sceptrum autem potestatem iudicandi, puniendi, bellandi, denotat. O quam latus campus sepe aperit de istis, & ab usibus eorum differendi! O quam hæc tria calamitosa fuerunt Christo Iesu. Audi quædam ex Euangeliō. VENIEBANT AD EVM ad Christum scilicet sic ornatum, in scamno, vel lapide locatum, ET GENFLEXO ANTE EVM ILLVDEBANT EI. Quomodo? Omnibus qui excogitari possunt ludibriorum generibus, nempè tum poplite, ut audisti: tum verbis & subsannationibus, quarum illa præcipua, AVE REX JVDÆORVM: tum ore purulento, EXPVENTES IN EVM: tum manu DABANT EI ALAPAS: tum arundine, quæ ex manibus Christi accipiebant, ET PERCVTIEBANT CAPVT EIVS, ut corona illa terrifica magis magisq; caput penetraret. O dolor. O crudelitas. Hæc cum cæteris meditanda vobis relinquo.

*Hec in Chri-
sto calami-
tatisissima.*

NOTA.

Interim

Interim dum ista impij agunt, & pius pa- *Turbatio-*
 titur, CVM ACCESSISSET TVRBA *tumidam.*
 deposito scrupulo intrandi prætoriū, COE-
 PIT ROGARE SICVT SEMPER FA-
 CIEBAT, nempe ut Pilatus iuxta consue-
 tudinem ad Paſcha dimitteret eis ynum ex
 Judæis vincitis. Petitione audita, PILA- *Pilatus se*
TVS RESPONDIT EIS, ET DIXIT, *antea duos*
QVEM VVLTIS DIMITTAM V O- *tantū pio-*
BIS BARRABAM, quem iam antea de- *ponit.*
scripsi, AN JESVM QVI DICITVR.
CHRIS TVS? Sicut antea Pontificibus, ita
 nunc Plebi inter hos tantum duos dat eli-
 gendi potestatem. Addit vero Marcus ratio-
 nem cur Pilatus ab hac sententia dimoueri
 se nō est passus. SCIFBAT ENIM QVOD
 PER INVIDIAM TRADIDISSENT
 EVM SVMMI SACERDOTES. Hæc
 totius ruinæ Pilati causa fuit. Vtinam etiam
 multis iudicibus Christianis idipsum non e-
 ueniat. At ego inquis non secundum scita,
 sed iuxta allegata, & probata de beo iudica-
 re. Nouerat hoc quoque Pilatus, sed & nos
 non latet, neque frustra hæc verba in scri-
 ptura posita esse, neque defutura ex allega-
 tis, & probatis argumenta, liberandi paupe-
 rem innocētem de manu potentis cum op-
 primentis, si non tam quid peruersi garri-
 ant rabulæ, quam quod os simplex, & verifi-
 cum pauperis loquitur attendere velimus:

Aaa 5

sicut

Ruina Pi-
lati, & a-
lorum.

Occurruntur
obsecranti.

IVDICVM
officium.

NOTA.

sicut fecit Pilatus, vt sequenti concionem ostendemus. Quod si Pilatus contra agnitarum veritatem Jesum damnauit, vos ipsi iudicaretis, an in bono, vel in malo eum sequi oporteat, & semper ad supremum iudicem occulos reflectite vestros. Quid vero turba ad

*Turba vel
let Iesum.*

Pilati propositionem? Sitis perspicuum esse videtur, eam inclinatam fuisse, vt Jesum eligeret. Nam tum iterata Pilati petitio, QVEM VVLTIS VOBIS DE DVOBVS DIMITTI? monstrat eam deliberasse, nec statim responsum dedisse: tum

*Sed persua-
sa petet Bar-
rabam.*

verba illa, PRINCIPES AVTEM SACERDOTVM, ET SENIORES PERSVASERVNT POPVLIS, VT PETERENT BARRABAM, JESVM VERO PERDERENT, id clare docent: propterea persuasa, EXCLAMAVIT SIMVL VNIVERSA TVRBA DICENS,

TOLLE HVNC, ET DIMITTE NOBIS BARRABAM.

*Pilatus ad
comiseratio-
nem indu-
xit Iudeos.*

Quare præles cum vidisset, hac quoque spe se frustratum esse, intuens Jesum, quem tum temporis ei milites adduxerunt adeo excarnificatum, & deturpatum, EXIVIT ITERVM PILATVS FORAS ad principes qui in sua excolatione culicis perseverabant, nec prætorium ingredi volebant. ET DICIT EIS, ECCE ADDUCO EVM VOBIS FORAS, emendatum

vt

ut promisi, & pessimè tractatum, ut vos ipsi cōspicitis, VT COGNOSCATIS QVIA NVLLAM IN EO INVENIO CAVSAM condemnationis : Proinde nihil aliud restat, nisi vt illum iuxta condic̄ta absolūam. En aliud Pilati de Christi innocentia testimonium? Porro Joannes addit, EXIVIT ERGO JESVS FORAS PERTANS CORONAM SPINEAM, ET PVRPVREVM VESTIMENTVM vulneratus, spinis confossum, lacinatus, sputis & sanguine in facie illitus, ET DICIT EIS Pilatus ex compassionē procul dubio, ECCE HOMO. Quæ verba integra concionē tractanda erunt. Dixit autem sperans, sicut ipse ex tam miserando Christi aspectu ad commiserationem commotus fuerat, ita Judæos multo magis erga gentis suæ hominem idem facturos. Sed contrarium plane accidit. Nam subditur.

CVM ERGO VIDISSENT EVM PONTIFICES ET MINISTRI, vt sœui leones sanguine non ad misericordiā, sed ad crudelitatem incitati, CLAMABANT DILECENTES, CRVCIFI GE, CRVCIFI GE EVM, DICIT EIS PILATVS, ACCIPITE EVM VOS, ET CRVCIFIGITE, ENIM NON INVENIO IN EO CAVSAM. Ex his verbis colligitur, potius ex consuetudine, quam ex prohibitione Ju-

*At illis sera-
ciores facti.*
dæos

*Produnt
quod pre-
mebant.*

dæos caruisse, tunc facultate quæquam erucifigendi. Idcirco ad primum dictum Pilati iam tacent, ad secundum vero, RESPONDENT NOS LEGEM HABEMVS, ET SECUNDVM LEGEM DEBET MORI, QVIA FILIVM DEI SE FECIT. Tandem euomunt quod illos maximè torsit, & propter quod solum in suo cōcilio Christum morti adiudicarunt. Id vero Deo volente, & ad dicendum impellente omnino euenit: tum ut Pilatus esset inexcusabilis: tum ut omnibus tam Judæis, quam Ethnicis ex ipsorum principum Judæorum confessione constaret illum qui crucifixus est, filium Dei se vocasse ideoque fuisse. Neque vero potest intelligi sermonem hic esse de filio per adoptionem. Nam iij quoq; Judæi eiusmodi filios Dei se esse fassunt dicentes Christo, *Nos unum patrem habemus Deum.* Verus igitur, & naturalis filius Dei erat Christus Jesus, ipso id promulgante. Judæis vero licet non creditibus, (putabant enim eum falsum loqui) bene tamen capientibus hoc ipsum Christum dicere voluntate, sicut & resurrectionem tertia die predicta in delibera te alicui illorum excidisse e quidem mihi persuadeo. Solent enim in cōtentionibus, ea quæ in corde versantur, & premere volumus, etiam in uitis nobis aliquid quando

*Christum
verum esse
filium Dei
Deum.
NOTA.
John. 8. 41.*

Mat. 27. 63

quando erumpere. Cogitare enim nequeo
viro, secundum mundum prudentes, & va-
tros non animaduertisse hoc argumentum
plus detrimenti, quam emolumenti illorum
causae allaturum, quod & factum est.

Nam cum AV DISSET PILATVS
HVNC SERMONEM MAGIS TIMV-
IT. Timuerat quidem antene läderer iu-
stiam, nunc verò magis exhorrescit ti-
mens ne aliquem ex Dijs suis quos stulta
gentilitas plures imò in numerosos colebat,
occideret, atq; ita ne iram offensi numinis
in se concitaret. Propterea JNGRESSVS
EST PRÆTORIVM JTERVM seorsim
cum Christum abducens. ET DICIT
AD JPSVM, VNDE ES TV? JESVS
AVTEM RESPONSVM NON DE-
DIT EI. Non ex superbia aut contemptu,
sed vt sicut antea ita nunc suos doceret pa-
tentiam exercere, & ad inepta quæsita non
respondere. Eiusmodi enim fuit hoc qua si-
cum Pilati ipsa ratione duce. Non enim per-
tinet ad iudicem scire quisnam, vel cuius fi-
lius sit qui iudicatur, cum de re ipsa contro-
versia agitatur, sicut hic agitabatur: sed an
reus, an innocens sit criminis cuius insimu-
latur. Itaque Christus dominus silendo re- *Ettacendo*
spondet, & hoc quasi dilemmate vtitur. Vel *dilemma*
ego reus sum mortis, vel non. Si sum reus;
non quæras vnde sim, sed scribe sententiam.
Si

*Quod ter-
ret Valde
Pilatum.*

*Ideo querit
diligenter,
sed Chris-
tus taceret.*

Si

Si sum innocens, vt tu ipse aliquoties confessus & protestatus es; cur etiam non interrogatum, qui aut vnde sim non absoluimus? O eximia iudicibus data instructio quam hac die veneranda ita quæsto memorie imprimit vnuſquisque vestrum, vt nec ex ea excidat, nec contrarium fiat vnuquam. Audite dicam tribus verbis ne grauemini. Justitia cuius vos ministros constituit Deus quoad personas, cœca est, quoad causam, videns valde est. Ideo scriptura & acceptiōem personarum vehementer prohibet, & causam in iudicio excutere ac veritatem inuestigare præcipit diligenter. Id igitur agite.

Cæterum Pilatus silentium hoc Christi in deteriorem partē interpretatus DICIT: MIHI NON LOQVERIS? NESCIS QVIA POTESTATEM HABEO CRUCIFIGERE TE ET POTESTATEM HABEO DIMITTERE TE? Enī in Pilato exemplum eius quod paulo ante in Herode notaui, nempe superbiam silentio maximè premi & comprimi. Licet enim & hic & ſæpe erumpat, magis tamen ſe prodit cum illi resistitur. Quot verò putatis imitatores esse Pilati, qui hiſce etiam conceptis verbis, Mihi non loqueris? vel illis ſimilibus ſic mihi loqueris? ſuam alijs produnt superbiam? Atqui utinam ſaltem desint qui in ipsa illum ſectentur executione. Eiusmodi ſant, qui

IVSTI-
TIA E
cœca & vi-
dens.

Pilatus in-
dignatur.

SUPER-
BIE na-
tura.

POTE-
STATIS
abuſus.

qui non attendunt quid fieri iustitia velit,
sed quid potestas eorum valeat: proinde in
iudicando non iustitia vtuntur, sed potestas
teabutuntur, sicut fecit Pilatus qui non iu-
stè, sed potenter Barrabam nequam absolu-
vit; Christum vero innocentem damnauit.

*Amb. ser.
20 in Psal.
118.
Pilato data
potestas tra-
pliciter.*

De quo pulchre D. Ambrosius. Prudētibus
satis. Cæterum qui super his semper resistit
non ferens hanc Pilati arrogantiam RE-
SPONDIT JESVS: NON HABERES

*potes-
tas tra-
pliciter.*

POTESTATEM ADVERSVM ME

VLLAM NISI TIBI DATVM ESSET

DESVPER. Quomodo datum? Aut per-
mittendo, ut multi antiquorum sentiunt, si-
cūt permitti solent à Deo alia peccata: aut
quia Christus, qui fuit desuper, vltro se ip-
sius submisit iudicio: aut quia Pilato, tum
temporis data fuit à Deo potestas iudican-
di Judæos, qua tamen in iudicando Christo

*Iudei ma-
gis culpa-
les.*

abusus est. Addit autē dictis JESVS, PRO

PTEREA QVI ME TRADIT TIBI.

les.

Nota hic quoque numeri pro numero po-
sitionē, multi enim eum tradiderunt, & tra-
dendo peccarant. MAIVS PECCATVM
HABET. Quāuis nullum se habere potest,
propterea culpam suam in Judam, & in alios
transferunt, dicentes non nos occidimus il-
lum, de quo perbelle Augustinus: Quid ve-
to pro confirmatione Catholicorū contra

*PECCA-
TA sunt
iniquitas*

nouos stoicos, Lutheranos inquam Calui-
nianos,

110 PASS. DOM. N. IESV CHRISTI.

nianos, & cæteros qui æqualia esse omnia peccata autumant his verbis dici potuit clarus? Et certè præter omnes S. Patres ratio ipsa diætat multo grauius fuisse peccatum Judæorū, qui ex inuidia, odio, malitia, quā Pilati qui ex pura timoris passione, ne offenderet Cæsarem, Christum persequebatur. At quæret forte quis de particula, PROPTEREA quomodo superioribus quadret, vel quid hæc ex illis inferat? Respōdeo. Si propterea: pro attamen accipiatur, ut alicubi in scriptura legimus optimè conueniet. Sensus enim erit. Tu quidem peccas abutendo tua potestate, attamen plus peccant, qui me tibi tradiderunt dictis de causis.

*Pilati co-
natus esti-
muss.*

*Vltimum
Iudaorum
telum.*

*Potentissi-
mum.*

Quid vero hæc Christi dicta Pilato profuerunt? Haud modicum sanè, subditur enim, ET EX INDE QVÆREBAT PILATVS DIMITTERE EVM. Idque testatum fuisse Judæis, & iterum iterumque fuisse egestum ad eos, res ipsa, & sequentia demonstrant. Nec quicquam dubito Judæos, dum Pilatus cum Christo seorsim ageret in prætorio, & reprehendisse eos, qui filij Dei mentionem fecerant, & quæsiuisse telum aliquod validissimū contra Pilatum, quod & inuenerunt sanè acutissimum, & efficacissimum. Dicitur enim, JVDÆI AVTEM, nempe videntes Pilatum pro Christo fortiter agentem: CLAMABANT DICEN-

Ier, 30. 16.

Littera.

DICENTES, SI HVNC DIMITTIS
NON ES AMICVS CÆSARIS. Per-
inde ac si dicerent, Efficiemus vt perdas fa-
uorem, & amicitiam Cæsaris : Nec vero de-
erunt nobis argumenta id perficiendi. OM-
NIS ENIM QVI SE REGEM FA-
CIT, qualis est iste, quem tu vis absoluere,
CONTRADICIT CÆSARI. Proinde
si tu huiusmodi hominē viuere patieris, no-
bis instigātibus, crimen lœfæ maiestatis Cæ-
sareæ damnaberis. O argumentum contra **FAVOR**
inconstantes. Sicut olim, ita & nunc poten-
tissimum, & perniciosissimum. Quot enim
sunt Christianorum millia, qui ne humanū
perdant fauorē diuinam à se profligant gra-
tiam ? Miseranda certè & deploranda est
hominum istorum insania. **Stultissi-**
pro insipiente reputaret, illum qui ne perde-
ret fauorem vilis conserui sui, perdere non
vereretur bencuolentiam amplissimi Do-
mini sui? Hic vero de quo agimus multo est **TIMOR**
stultior, qui propter gratiam mortalis ho-
minis repudiat gratiam immortalis Dei cre-
atoris, conseruatoris, redemptoris, & Domi-
ni sui, qui habet potestatem in uno momen-
to, & bona externa omnia ei auferre, & cor-
pus mactare, & animam perdere, & vtrum-
que æternis cruciatibus adiudicare; Consi-
derent hæc obsecro qui sunt eiusmodi, &
hac die passionis Christi agant validam pœ-
Bbb nitent-

*HVM d-
NVS innu-
meros per-
dit.*

*Stultissi-
mus, a mi-
nors.*

sandue.

112 PASS. DOM. N. IESV CHRISTI.

nitentiam, ut poenas & passiones, sine fine
duraturas effugere queant.

Iesus pilo-
tus succubis Praeses vero hoc venenato telo iactus quid?
Prostratus est omnino. Nam dicitur, PILA-
TVS AVTEM CVM AVDISSET HOS
SERMONES, nihil cunctatus ADDU-
CIT FORAS JESVM, nihil ei amplius
dicens, ET SEDIT PRO TRIBVNALI,
tanquam iudex IN LOCO QVI DICI-
TVR LITHOSTRATOS, Græcè q̄ La-
tinè stratum lapide significat. HEBRAICE
AVTEM GABBATHA, id est editior, siue
eminentior locus: in quo decreta iudicium
vcl scribebantur, vel proferebantur. Quanta
putatis lætitia, tum perfusos fuisse Iudeos, cu
desiderio ipsorum satisficeri cœptum est, sed
expectent & ipsi, & omnes corū aseclæ pau-
lis per, & experientur quam sit verum illud q̄
vulgo dicitur. Malum consilium consultori,
multo magis vero promotori pessimū. Ca-
uetе charissimi consulere, vrgere, imo & la-
tari de re mala, quia pessimè vobis, id cessurū
certo vobis persuadeatis. Exempla innumera
habetis. Etiam in Caipha, de quo in alia cō-
cione. Porro Ioan. describens tempus quo
haec acta sunt, & dicens, ERAT AVTEM
PARASCEVE PACHÆ HORA QVA-
SI SEXTA, non parum faciliuit negotij
scripturæ interpretibus, vel potius Marcus
cum inquit, ERAT AVTEM HORA
TER-

CONST.
LII male
premissum,

TERTIA, ET CRVCIFIXERVNT
EVM. Quomodo enim tertia crucifixus di-
citur eū quasi sexta, necdum decretū contra
illum datum fuerit? Et de PARASCEVE PA-
SCHÆ quidem heri egimus. De concordia
vero horarum istarū, si vitium scriptoris, cui
innititur Hieron. & Theophil. & quod ma-
ximè omnium omnes difficultates euacuat,
repudiamus: nulla opinio magis conformis
scripturæ esse videtur quā præceptoris mei.
(quæ tamen cum illa de quatuor vigiliis no-
cturnis, & quatuor partibus diurnis coinci-
dit, sed melius rē explicat) Distinguit enim
& ex scriptura probat, diuersitatē inter ho-
ras dici, siue vulgi, & horas orationis, siue tē-
pli. Illæ enim duodecim erant iuxta cursum
horologiorum: haꝝ verò quatuor tantū nu-
merabantur, quæ etiā nunc in officio ecclæ-
siastico obseruantur, nempè prima, tertia,
quarta, nona, quarū tamen singulē ternas v-
suales continebant: & quæ intermediæ erant
aliquādo à termino, à quo (vt philosophorū
terminis vtar) aliquando à termino ad quē,
nomen sortiebantur. Verbi causa hora diei
secunda vocabatur in templo, tum prima, tū
tertia. Itaq; secundum horas templi descri-
psierunt Euangelista passionē Christi, sicut
rem sanctissimam. Vnde cum Ioan. inquit
fuisse horam, quasi SEXTAM, quando Pilat-
tus sedit pro tribunali, intellexit horam diei
quintam. Marcus vero ait, H O R A

*Concordia
horarum.
Conc. 2.
Tvl. in hæc
Ioan. locum
Annot. 8.*

*Ex Act. 2.
Cap. 3. & 10.
capitibus.*

III4 PASS. DOM. N. IESV CHRISTI.

TERTIA crucifixum fuisse Christum, quia tunc hora templi tertia finiebatur, iamque sexta imminebat. Ideo idem Marcus paulo post haberet, ET FACTA HORA SEXTA TENEBRÆ FACTÆ SVNT. Lucas vero ait, FERE HORA SEXTA id accidisse, quia sexta iam versus septimam diei tendebat. Certum autem est tenebras non multo post crucifixionem factas, & in ipsa quasi meridie inchoatas fuisse.

Vxor ad Pilatum mittit.
Hæc de nodo isto satis difficili, quia literam nos explicaturos promisimus: iam ad institutam narrationem reuertamur, SEDENTE igitur Pilato PRO TRIBUNALI MISIT AD EVM VXOR SVA DICENS, NIHIL TIBI ET JVSTO ILLI, MVLTA ENIM PASSA SVM HODIE PER VISVM PROPTER EVM. A quo passa à bono, an à malo angelo? Ex scriptura nihil constat. Veteres patres pro vtraque parte reperiuntur. Et quāuis plures bonam visionem fuisse putent, tamen, quia & verba recitata præsertim illud PASSA SVM contrarium suadent, & rationes vtrinque æqualiter, quasi militant rē dubiam in dubio relinquamus. Sed & quid Pilatus responderit, tacet scriptura: indicū est nihil eo vxoris nuntio illum motum fuisse. Pergit enim in suo proposito dicendo Judæis, ECCE REX VESTER. De quibus

A quo pas-
sanescitur.

Pilat. nihil
mouetur.

Regem pro-
clamat.

bus verbis in sequenti concione agemus.
 ILLI AVTEM iam penitus tumultuarie,
 sine ullis rationibus, CLAMABANT
 TOLLE TOLLE CRVCIFIGE EVM.
 Hæc cornorū istorum à principio fuit semper
 crocitatio, à qua non cessant, donec inno-
 centem in patibulo videant. DICIT PI-
 TATVS REGEM VESTRVM CRV-
 CIFIGAM? RESPONDERVNTPON-
 TIFICES, totius mali auctores, NON
 HABEMVS REGEM, NISI CÆSA-
 REM. O liuor, qui etiam contra illa, quæ
 in p̄cordiis alit, linguam, loqui cogit! Quis
 enim crediderit eos hoc ex animo locutos
 esse, qui & Pilatum, & Cæsarem, tum Eth-
 nicismi, tum dominij nomine, peius cane-
 & angue oderant? Cauete hoc baratrum,
 ò Christiani ne vos in æternum præcipitet
 baratrum.

VIDENS AVTEM PILATVS QVIA
 NIHIL PROFICERET cum suis dilati-
 onibus, quibus etiam sedendo pro tribunali
 vtebatur; SED MAGIS TVMVLTVS
 FIERET: quod verbis toties contestatus
 est, facto & ceremonia quadam demonstrat.
 Etenim ACCEPTA AQVA LAVIT
 MANVS CORAM POPVLO. Quosnam
 imitatus hoc in facto fuerit an Judæos, vt
 quibusdam placet, qui hoc signum inno-
 centiæ suæ certò in casu ex lege habebant: *Dent. 27.6.*

B b b 3 an

*INVIDIA&
nequitia
fugienda.*

*Pilatus lo-
tione testa-
tur inno-
centiam.*

an vero Ethnicus Ethnicos, quod alij magis probant, incertum est. Illud certum Pilatum

*Tum Christi
si vere.* tum suam, tum Christi innocentiam facto

isto testatum esse voluisse omnibus. Nam subditur illum lauando manus dixisse, IN-

NOCENS EGO SVM A SANGVINE JVSTI HVIVS.

*Tum suam
falso.* Posterius de Christo verum est: at prius falsum. Audiant decurio-

PAVOR nes, centuriones, duces militum, aliquae omnes cuiuscunque status sint homines; qui

*militum &
ceterorum.* rapinas, direptiones, expulSIONES, aliquem

tiam percussions & vulnerationes, aut fieri volunt ut Judæi: aut non impediunt ut

NOTA. Pilatus. Audiant inquam, & considerent quos imitantur, & quibuscum consortium

*EXCVSA-
TIO pessi-
bens omnib.* sibi in æternum parent. Certoque sibi per-
suadeant illud quod Pilatus subdit VOS

VIDERITIS, quo & ipsi frequenter vntur culpam in famulos, vel alios coniicien-
tes: tantundem illis dictum hoc quantum tam Pilato, quam Judæis simile ad Judam,
TV VIDERIS profuturum; id est obfu-
turum plurimum. O misera istorum con-
dicio, qui neque his, neque primorum pa-
rentum exemplis commoti, quoquo modo
possunt, culpas peccatorum suorum in alios
coniiciunt, putantes se eo modo in consci-
entia securos esse, cum sint nocentissimi. Pro-
inde à iusto iudice Jesu, sicut Adam, Eva, Pi-
latus, Judæi, Judas, iuxta culpam vniuersi-
que

que in suo quisq; ordine punientur grauissimè. Quod ne eueniat hac die effusi sanguinis Christi Jesu resipiscant, & excusationes in accusations, non solum coram Deo, sed etiam coram sacerdote conuertant, satisfactionemque faciant, rogo, moneo, vrgeo.

Judæi vero quid ad hæc dicta factaq; Pi-
lati? ET RESPONDENS VNIVER-
SVS POP. DIXIT SANGVIS EIVS
SVPER NOS, ET SVPER FILIOS NO-
STROS. Id est non tibi Pilate, sed nobis &
proli nostræ imputetur. O scelerati homi-
nes, qui filios vestros prius mactatis in ani-
ma, quam generatis in corpore. Veniet qui-
dem sanguis Jesu super vos ad perditionem,
at piis fidelibus ad salvationem. Quam di-
uersi vnius rei effectus? PILATVS AV-
TEM fessus tot clamoribus, & VOLENS
POPVLO GRATIFICARI. O fa-
uor mundane, quid non mali in mundo a-
gi? ADIVDICAVIT FIERI PETITI-
ONEM EORVM, ET DIMISIT ILLIS
BARRABAM QVEM PETEBANT.
IESVM VERO FLAGELLATVM TRA-
DIDIT EIS VT CRVCIFIGERETVR.
Volunt quidam secundo fuisse flagellatum
Jesum, ut consuetudini Romanorum fieret
satis, at improbabiliter: Satis enim super-
que in illa flagellatione, quam emendatione
Pilatus vocat, usui Romano satisfactum

Bbb 4 fuit.

*Effectus
contrarij.
Decretum
Pilati,*

1118 PASS. DOM. N. IESV CHRISTI.

Quale.

fuit. Porro quale decretum Pilatus forma-
uerit nullus Euangelistarum narrat. Ex ti-
tulo tamen quod cruci affigi curauit, liquet
A Iesu quo-
modo susci-
petur.

iniquissimum decretum & quissimo & vultu,
& animo suscepit Saluator noster Jesus, non
reclamando, non contendendo, ac ne vno
quidem verbo contradicendo: tum quia vo-
luntarie se morti obrulit: tum ut esset patri
Phil. 2.8. obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis:
tum ex maximo erga nos amore, & siti sa-
tisfaciendi pro peccatis nostris.

GRATI-
TVDO. Quid igitur aliud nos agere decet, imo
necessarium est dilectissimi: quam vt & haec
noctu, atque interdiu grati animi significa-
tione recolamus, & ducem nostrum Jelum
totis viribus sequi studeamus? in patientia,
in obedientia, in charitate, ac reliquis virtu-
tibus sanctis, obnixè orantes, & postulantes
gemitibus inenarrabilibus diuinam cius bo-
nitatem, vt sanguis ipsius veniat super nos,
non ea quidem ratione & modo, quo eum
supra se venire voluerunt Judæi. Absit. Nō
ad maledictionem inquam, sed ad benedi-
ctionem: non vt imputetur nobis in pecca-
tum sicut Judæis, sed vt eo emundemur à
peccatis, sine quo nulla est peccatorum re-
missio: non ad irritandam, sed ad placandam
SANGVI-
NIS IESV
digna par-
ticipatio.

gu
sim
in S
tic
mu
perf
fa pa
ius p
passi
den
ter &
num
liun
mel

A
pro
san
per
res,
duri
Hie
sit i
deu

guinem Jesu auerti potest: denique non ut simus rei corporis & sanguinis Jesu, sed ut in Sacramēto Euaharistia dignè de illo participantes pascamur eo, potemur, viuifemur, ac salutem, & hic imperfectam, & illuc perfectam obtineamus. Hæc enim vniuersa precium sunt sanguinis Jesu. Ut vero huius pro nobis effusi sanguinis, ac amarissimæ passionis ipsius reliquum historiæ, ego quidem loquendo, vos vero audiendo, efficaciter & fructuosè percurrere valeamus, diuinum ipsius implorandum est nobis auxilium, humiliter & feruenter, recitando semel Pater & Aue.



QVARTA PARS.

CALVA-
RIA.
MORS.

Iudas exultant.

AUDITA mortis sententia à Pilato in Christum Jesum Dominum nostrum, pronuntiata, quid putatis gens illa nequam sanguinis filij Dei sitibunda, quanta fuerit perfusa latitia? quosue cachinnos, clamores, & signa exultationis ediderit? Dubitan-
Quidam condolent.
dum non est totam iis personasse ciuitatem Hierosolymitanam. Quamuis enim certum
qui imstant.
sit non defuisse etiam multos (præsertim ex deuoto fœminino sexu) qui ex compassionē

Bbb 5 lachry-

lachrymas funderent copiosas, quos equidem decet nos imitari. Verum de his in alia concione agemus : nunc vero cœptam historiam prosèquamur : & sine vitæ Jésu finem huic concioni imponamus. Itaque post factum latumque decretum, SVSCÈ-
*Arripunt
lesum.*
 PER VNT JES VM, inquit Joannes. Quis vero eum suscepit ? Non est quidem dubium, milites & carnifex, qui in cruce illum acturi erant manibus id fecisse: at vero quoque simile est, principes sacerdotum suggestionibus, & pecuniis effecisse: vt Jésus quam plurimis molestis, & tormentis afficeretur. Propterea denuo. IL-
 LVSERVNT ILLI, tam Judæi, quām
*Et denuo
vexant.*
 Echini modis variis, quos vobis considerādos relinquo. ET POST QVAM ILLVS-
 SERVNT EI EXVERVNT EVM
 CILAMIDE, ET INDVERVNT E-
 VM VESTIMENTIS SVIS. En noua san-
 guinis effusio. Quis enim ambigere potest,
 quæ in dorso habuit, & quibus paludamen-
 tum illud, quod vi detractum fuit adhæserat:
*Vnde noua
sanguinis
effusio.*
 nec ex capite ipsius, vt vestem illam inconsutilem ei imponere possent sanguinem v-
 herrimum profluxisse ? Porro vestimenta
*Cur indu-
sco.*
 or Pilati, cum alias qui crucifigendi crat, nu-
 di

di ad locum supplicij deducerentur; sed & crucem suam ferre cogebantur, quod & Christo contigit.

Proinde JESVS BAIVLANS SIBI CRVCEM EXIVIT IN EVM QVI DICITVR CALVARIÆ LOCVM. Qui sic dictus fuit, tum ob capita damnatorū, quæ ibi visebantur, ut vult Hieron. tum propter Caluariam, seu cranium Adami primi omnium nostrum parentis, quem ibidem fuisse sepultum ab omnibus penè Patribus, tam Græcis, quam Latinis afferitur. Neq; huic opinioni q̄est quicquam quod in Hebron, seu

*Caluaria
dicta.*

Cum ab a-

lis, tum

à crasto

Ade.

Hier. in ca.

27. Matt.

Occupatio.

Iof.14.15.

Cariath Arba Adam maximus ibi inter Enacim situs, id est sepultus esse dicatur. Non enim de omnium genitore, cuius ne minima quidem est mentio toto illo capite, sed de magno quodam Giganate (id enim Enacim designat) patre illarum gentium sermonem ibi esse clarū est; Christus itaq; versus GOLGOTA, sive CALVARIÆ LOCVM BAIVLAVIT SIBI CRVCEM, tum ex consuetudine, ut dixi, tum ut tam figura, quā prophetia impleretur. Figura quidem quam à principio attulimus, nempe Isaaci qui ad cundem locum olim tulerat ligna ad exitandum rogam, in quo ipse met comburendus erat. Prophetia vero est illa cele-

*Christus
basulat*

crucem.

1. Ob con-

suetudinem

2. Figurem.

Gen.22.6.

3. Proph-

etiam.

Et erit principatus super humerum eius,

Isa.9.6.

quam in hoc actu expletam fuisse volunt S.

Patres,

PRINCI-
PATVS
noſter in
cruce.

*Iter Iesu
durum &
dirum.*

*Duo notan-
tur.*

*1 Simonem
ferre crucē
pos. Chris-
tum.*

Cur.

Patres. Ita ita dilectissimi mei sicut Christi sic & noster principat⁹ qui à crucifijo Christiani nuncupamur, & quos ipse Christus ita ad crucem alligauit, vt nisi illam ferre velimus, ipse quoq; pro discipulis suis nolit nos agnoscere. Sic inquam principatus noster non in honoribus, pompis, diuitiis, voluptatibus, cæterisque mundi illecebris, sed in cruce positus est. Discamus igitur id, quæ ſo à Iesu, & velimus ferre crucem cum Iesu, nō quidem ipſius, sed nostram quæ multo lenior est, vt à Iesu fidelis serui præmium referre valeamus.

Quas vero afflictiones, & tormenta Christus Jesus in hac crucis gestatione pertulerit: tam à carnificibus & militibus, à quibus protrudebatur, percutiebatur, & aliis molestiis afficiebatur: quā ab ipso Crucis pondere, sub quo homo complexionis delicatissimæ planè corruerat, vobis contemplandum linquo. Ego vero duo nota quæ in initio isto contigisse tradunt Euangeliæ: Alterum est; eos qui educebant Jesum inuenisse quandam HOMINEM CIREN-VM NOMINE SIMONEM VENIENTEM DE VILLA HVNC ANGARIAVERVNT, ET IMPOSVERVNT ILLI CRUCEM PORTARE POST JESVM. Vnde colligitur quod diximus, nempe Christum; aut omnino, aut penè

penè succubuisse sub crucis pondere. Quis enim crediderit homines istos crudeles, qui nullis vñquam suppliciis Iesu saturari poterant ex cōsideratione id eius fecisse? Quare ne vel tardè ad locum peruenirent, Sab. *Quomodo.*
 bathumque intercederet, vel Christus omnino desiceret subleuandū censuerunt: Subleuatus est autem ab homine isto, qui vt cōmuniſ Patrum fert ſententia, non partem crucis vt pingitur, ſed totam post illum tulit, ab eo videlicet loco, in quo cum Christus desiceret, Simon militibus obuiam factus fuit. Quid vero hic eft mysterij? ſunt ſanè nō *EX NE-*
 pauca quæ doctores tradunt, præſertim ve- *CESSIT A*
 ro S. Gregor. Nobis ad continuanda ea, *TE fac̄ir*
 quæ modo attigimus vnum notatu ſane di- *tutum.*
Greg. lib. 8.
 gnū ſufficiat, nempe hic innocentem, poſt *Mor. c. 26.*
 innocentem crucem ferre. At differenter, *NOTA.*
 Simon enim coacte; Christus ſponte id fa-
 cit. Tu vero, o Christiane difce hinc, ex ne-
 cessitate, quod dicitur, facere virtutem. Id
 vero fiet ſi tribulationes quæ tibi inuito ob-
 ueniant, Christi, & tui profeſtus ſpiritualis
 cauſa, & quo ac alacri ſuscipies animo: Quod
 an iſte Simon egerit, Christianusū fuerit
 non conſtat: at tibi conſtat te ſeruum eru-
 ciſxi eſſe: ages igitur quod te docuit cruci-
 fixus. Docuit autem poenas & tribulationes,
 non ſolum vltro ob amorem ipsius queſitas;
 ſed etiam à Deo immiſtas patienterque to-
 leratas,

leratas ad crucem post Christum ferendam pertinere. Quamuis enim ea quæ sponte suscipiuntur, fructuofiora sint; tamen & illa quæ patienter, & cum gaudio tolerantur, non perdent mercedem suam, dummodo tu non perdas tolerantiam tuam.

*2. Mulieres
flentes.*

Alterum quod inter eundem contigit, describit Lucas his verbis: SEQVEBATVR ILLVM MVLTA TVRBA POPULI, & multa nimis, quia tum temporis aderant Hierosolymis aliquot centena milia hominum: ET MVLIERVM QVÆ PLANGEBANT ET LAMENTABANTVR EVM, quarum separatum meminit; tum quod seorsim forte irent, tum quod Christus eas alloquatur. Nam subdit, CONVERSVS AVTEM AD ILLAS DIXIT, instruēs eas FILIÆ HIÉRVASLEM, NOLITE FLERE SVPER ME. O bone Iesu, quid prohibes quod ipse fecisti flendo; tum super peritaram istam ingratam ciuitatem: tum super Lazarum? Nunquid tu illis imo toto mundo non es melior? Ineptiunt hic heretici ut solent, & rident Catholicos lachrymas compassionis docentes. Verè ineptiunt, quia si tum dicta: tum quæ subiungit Christus inquiens, SED SVPER VOS IPSAS FLETE, ET SVPER FILIOS VESTROS. QVONIAM ECCE VENIENT DIES, IN QVIBVS DICENT BEATÆ STERILES, ET VENTRES QUI NON GENVERVNT, ET VBE-

*Luc. 19. 41.
Ioan. 11. 34
Difficultas.*

*Hereticorū
Inepti.*

RA QVÆ NON LACTAVERVNT
attentè, & nō vincendi, sed veritatem agno-
scendi gratia considerarent, ineptum risum
suum, cum salutari fletu cōmutarent. Certè
verba q̄ sequuntur, TVNC INCIPIENT
DICERE MONTIBVS CADITE SV-
PER NOS, ET COLLIBVS OPERITE
NOS edocere eos deberent, & quo fine, &
de quo tempore hæc à Christo intelligātur.
Eadem n. repetit & applicat extremo iudicio
D.Ioan.imo & Prophetæ idem longè ante
prædixerunt, sed contra hæreticos copiosius
hac de re agendi alia expectāda erit occasio:
nunc vero duo sunt notanda. Alterum salu-
tiferum esse dolorē, & fletum ex cōpassione
procedentem: alterum verba Christi quæ se-
quuntur; illa videlicet, QVIA SI IN VIRIDI
LIGNO HÆC FACIVNT IN ARIDO
QVID FIET? dignissima esse magna cōsi-
deratione: proinde de compassione quidē in-
tertia: de his vero verbis in sequēti concione
pluribus agemus: nūc vero iter hoc Jesu illis
Lucę verbis, DVCEBANTVR AVTEM,
ET ALII DVO NEQVM CVM EO
VT INTERFICERENTVR, conclu-
mus. Ducebantur isti ad maiorem Christi
Jesu ignominiam, & despēctum.

ET VENERVNT IN CALVARIAE
LOCVM. ET DABANT ILLIBIBERE
MYRRHATVM VINVM, vel preciosum
quoddā vini gen° cōfortādi cū gratia, ut qui-
dam

Apoc. 6.16.
Isa. 2.19.
O. 10.8.
Resectio.

Vino myro.
rhamo.

dam sentiunt, vel ut vult Augustin. vinum amarum affligendi linguam, & palatum eius causa, quod probabilius est. Nam alter Euá-
gelista habet VINVM CVM FELLE MIXTVM, quod vtique non corpus con-
fortat, sed gustum lædit. At vnde eo tem-
pore tale vinum acceperunt? Quis dubita-
bit à summis Pontificibus fuisse præparatū,

ut membrum quod ipsi oderant maximè, &
quo flagella, & spinæ peruenire non pote-
rant, ea ratione affligerent? Orabes diabo-
lica! Quam præuidendo propheta in Chri-
sti persona ait; Et dederunt in escam meam fel,
Psal. 68.22. & in siti mea potauerunt me aceto. Istud pen-
dente iam Christo in cruce circa finem vitæ
ipsius: illud vero antequam crucifigeretur
expletum fuit; Sed J ESVS CVM GV-
STASSE Γ NOLVIT BIBERE. Qua-
re? Quia fel designat peccata, poenasq; eis

Mysterium debitas, iuxta illud Mosis. De vinea Sodomo-
Deu. 32.32. rum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ
vua eorum, vua fellis. Scimus autem Sodo-
mam & Gomorrah peccata poenasq; eo-
rum denotare. Voluit ergo Jesus gustare
de felle, quia voluit poenas grauissimas tem-
porales sustinere: sed bibere illud noluit,
quia & peccato caruit, & poenas inferni
non tolerauit, quas impius Caluinus ei im-
pingit.

*Perstringi-
tur cruci
affixio.* Cæterum quidnam præterea actum fue-
rit

rit antequam Christus cruci affigeretur tacent Euangelistæ, ideo & nos sileamus, vobisque ad meditandum reseruemus amplam sanè materiam. Ampliorem vero etiam de iis, quæ in ipsa cruci affixione contigerunt: Nam & hæc breuiter expedient sacri Scriptores. Joannes enim cum dixisset venisse eos in GOLGOTA subdit, VBI CRV- CIFIXERVNT EVM, ET CVM EO ALIOS DVOS HINC ET HINC, MEDIVM AVTEM JESVM. Nec cæteri plus habent. Lucas tantum dexteræ, & sinistræ meminit, at hæc etiam in dicto Joan. comprehenduntur, Marcus vero addit, ET IMPLETA EST SCRIPTVRA QVÆ DICIT, ET CVM INIQVIS REPVTATVS EST. Breuissimè quædam tum certa: tum ex iis quæ in quæstionem cadere solent, probabiliora attingamus. Itaque spoliatum fuisse vestibus certum est ex Euā- gelio: nudum vero pependisse credibilius: tum vt plenè impleretur illud, operuit confu- sio faciem meam: tum vt erubescencias no- stras malas quidem à medio tolleret, bonas vero doceret: tum vt nobis statum innocētiæ restitueret. Deinde extēlum fuisse Chri- stum nimium certum est ex Davide dicen- te, Foderunt manus meas, & pedes meos dinu- merauerunt omnia ossa mea: humili vero ex- tensionem istam, ac totam cruci affixionem

^{1. Certum}
vestibus spo-
liatum.

^{2. Probabi-}
le nudum
tribus de
causis.

^{Psa. 68. 8.}
^{3: Certum}
extensem
nimium.

^{Psal. 21. 17.}

Ccc

per-

*4. Prob. hu-
mi id factū
propter tria
Ioan. 8. 28.*

Psal. 21. 15.

*5. Certum
clavis affi-
xum.*

Ibid. 5. 17.

*6. Prob. co-
ronam han-
busse.*

Titulus.

*Quomo.lo
scriptus.*

peractam fuisse, vero similius est, quam contrarium, tum quod hæc crucifigendi ratio commodior: tum quod conformior sit illi dicto Christi. Cum exaltauerit is filium hominis, quandoquidem exaltatus est, vna cum cruce: tum quod Dauid dicat in persona Jesu. *& dispersa, id est loco mota; sunt omnia ossa mea.* Luxata videlicet ex illa ingenti con- cussione, quando crux foramini impone- batur. Denique certum est tum ex tradi- tione, tum ex illo Daudis versiculo, Chri- stum clavis cruci fuisse affixum. Ferro enim non fane fodiuntur manus: credibilius ve- ro est corona iterum redimitum fuisse, ut & crudelitati Iudeorū fieret satis, & caput co- ronatum titulo regio superposito responde- ret, de quo iam agamus.

SCRIPSIT AVTEM ET TITVLVM PILATVS, ET POSVIT SVPER CRV- CEM EIVS, ait Ioan. Matih. vero CAV- SAM vocat, quia causam mortis eius in se continebat. Superscriptionem autem hanc integrum Joan. ponit, quatuor constantem verbis iis videlicet, IESVS NAZARENVS REX JVDÆORVM: quorum primū no- men proprium, secundum patriam, duo re- liqua causam crucifixionis declarabant. ET ERAT SCRIPTVM HEBRAICE, GRAE CE ET LATINE. Eodem quidē ordine, si versus spectes, ita ut Latina capitii esse pro- ximiora

ximiora ideoq; honoratiora, vt quidam vo-
luit. At vero si literas intuearis omnes linguæ
Hebraicæ ad instar à dextera ad sinistrâ scri-
ptæ sunt, vt Romæ in templo S. Crucis in
hoc ipso titulo vidimus. De quo magnifico
sanè & mysteriis pleno nihil dico: longiori
enim tempore, nec fesso tum concionatore,
tum auditore ad id opus foret. Illud addo ^{Impeditur}
quod Joan. nō tacuit, agrè id tulisse Judæos, ^{ā Iudeis.}
idcirco dixerūt PILATO PONTIFICES,
NOLI SCRIBERE REX JVDÆO-
RVM, SED QVIA IPSE DIXIT REX
SVM JVDÆORVM. Sed nihil effecerunt. ^{Sed frustra;}
Nam RESPONDIT PILATVS, QVOD
SCRIPSI, SCRIPSI. Non muto, non eme-
do. Cur quæfso? Primo, quia apud Romanos ^{1. Ex con-}
decreta, ne in vno quidcm verbo mutare li- ^{suetudine.}
cuit: hoc autem loco decreti fuisse superius
diximus. Secundo, quia offensus fuit Pilatus ^{2. Ob odiū.}
Judæis, propterea hac ignominia eos affice-
re voluit, quæ bene corda illorum penetra-
uit. Tertio, quia verè Pilatus sentiebat ^{3. Ex sentē-}
Christum fuisse Regem Judæorum, suo ^{tia Pilatti.}
modo, quem non cognoscebat. Denique ^{4. Sic Vo-}
idque primario, quia Deus mutari tam ho- ^{lente Dœti}
norificam superscriptionem noluit; ad ater-
nam, tum confusione Judæorum, qui
Messiam & regem suum crucifixerunt: tum
gloriam Christianorum, qui crucifixum pro
rege agnouerunt, receperunt, adoraue-
runt. Id ergo agamus dilectissimi, verbo,

1130 PASS. DOM. N. IESV CHRISTI.

cæremoniis, opere, & veritate: nempe crucifixum imitando.

Blaſphemia in Christū. Quid verō Judæi iamne tandem quieuerunt, videntes in Christi crucifixione desiderio illorum fuisse factum satis? Minimè

Iudaorū. verō: nam cum iam non haberent quomodo manu in illum seuerirent, gladio linguae id effecere. Jdcirco PRÆTEREVNTES BLSPHEMABANT EVM MOVENTES CAPITA SVA ET DICENTES: VAH QVI DESTRVIS TEMPLVM DEI ET IN TRIBVS DIEBVS REÆDIFICAS: SALVVM FAC TEMETIPSVM DESCENDENS DE CRVCE.

2. Ethnico-rum. Jdipsum & impij milites à scelestis Judgeis instructi factirabant. Non tamen templum sed regnum affectatum illi ut Ethnici exprobrabant. Maximè autē omnium PRINCIPES SACERDOTVM CVM SCRIBIS ET SENIORIBVS ILLVDEBANT

3. Seniorū. EI, tum hisce, tum similibus, tum peioribus verbis. Sed non est quod plura venenatae & planè diabolicae illorum lingue spicula recenseamus. Fructum tamen referemus hinc ex inenarrabili patientia Christi: tum eam demirando, tum imitando. Quid enim contra nostras impatientias quæ omnium penè maxime esse solent, in ijs rebus quæ honorem nostrum tangunt, hoc remedio potest

*HONOR
quomodo
mortifican-
dus.*

poteſt eſſe eſſicaciuſ? Ut amur ergo illo ſe-
riō, indeſeffe, & perſeueranter.

Sed quærat fortaffe quiſpiam cur dicta i- *Blafphemia*
ſtorum blaſphemias vocet ſcriptura? Et re- *duo genera*
ſponsū in promptu accipiet, quia veræ blaſ-
phemiae erant. Duo enim ſunt blaſphemia-
rum genera. Vnum cum quiſ Deo aſcribit
quod ipſius repugnat naſtu. Eiusmodi eſt
mendaciuſ, teſte Apoſt. cum inquit, *Impos-*
sibile eſt mentiri Deum: Alterum cum negat
Deo quod illi competit: Quorum utrum-
que reſpectu Chriſti qui verus Deus eſt, iſti
nequam hodie aſtitabant. Mendaciuſ e-
niſ illi impingunt cum afferunt cum men-
titum fuſſe in dicto de deſtruſione templi
poſtriduum. Quod tamen tam verum fuſſe
in eo ſenſu, in quo Chriſtus hāc ſententiam
protulerat, vt tunc id ageretur cum iſti haſ-
fondebant blaſphemias. Tum temporis e-
niſ Judæi & Ethnici permifſu Chriſti, tem-
plum illud ſanctiſſimum niempe mortale e-
ius corpus deſtruēbant, quod ipſe poſt tri-
dum immortale reddidit & reaſificauit.
Negant vero Chriſtum ab illis ſe tormentis
liberare potuiſſe, vnde illi ſunt corum voceſ *2. Negando*
illi quod e-
ALIOS SALVOS FECIT SEIPSVM *inſerat.*

NON POTEST SALVVM FACERE,
quod tamen Chriſto tam factu fuſſe facile,
quam iectus oculi. Non fecit autem id tunc,
⁊ Judæi quādo vos voluistiſ, ſed fecit quan-

Ccc 3 do

Heb. 6.18.

*1. Exercēt
imponendo
mendaciū
Deo.*

*2. Negando
illi quod e-*

do ipse voluit, & multo excellentius fecit, nempe post triduum ē sepulchro se proripi-
endo. Quis verò dubitat longè esse diffici-
lius mortuum surgere, quam viuum de cru-
cide descendere? Vos verò quod hic dicitis ET
quā men- CREDIMVS EI, post triduum ostendit
daces. distis purum putum que istud fuisse mendaciū.
Non solum enim non credidistis, sed
& milites mentiri docuistis, & ut id facerent,
Mat. 28.12. pecuniam copiosam eis dedistis. Non descendit,
Christus ergo Christus de cruce, tum quod sciuit vos
cur non de- mentiri, tum quod longe quid excellentius
scendit. meditabatur.

De vestibus Sed relictis ipsis blasphemis & nebulo-
Christi. nibus, ad considerandum testamentū Chri-
sti quod in monte Caluariæ condidit acce-
damus. Id verò ad maiorem Christi gloriam
& vestram utilitatem noua quadam metho-
do, octo Christi verba tractando & nobis
applicando faciemus. Sed prius expediamus
literalem sensum illorum D. Joann. verbo-
rum, MILITES ERGO CVM CRUCIFIXISSENT
EVM ACCEPERVNT VESTIMENTA EIVS ET
FECERVNT QVATVOR PARTES. Totidem
ergo fuisse milites qui illum crucifixerunt
constat. At non tam est perspicuum quot
vestibus induitus fuerit Jesus. Est tamē pro-
babilissimū tres omnino eum habuisse: nē-
pet tunica qua ad carnem vtebatur, & quam
illi beatissimam ipsius matrem conteuisse
pien-

Tres ha-
buerunt,

pieniſſimè cteditur. De hac Joannes ERAT
AVTEM TVNICA INCONSVTILIS DESUPER
CONTEXTÀ PER TOTVM. Cui vestis talaris
superimponebatur. Vesti vero huic pallium
adhærebatur: Milites igitur ex iſtis duabus po-
ſtremis quatuor partes fecerūt. Nam de in-
cōſutili DIXERVNT AD INVICEM NON SCIN-
DAMVS EAM, SED SORTIAMVR DE ILLA
CVIVS SIT. Hæc Joan. qui interfuit dum
hæc agerentur. Et addit factum id ēſſe, vt
SCRIPTVRA IMPLERETVR DICENS PARTI-
TI SVNT VESTIMENTA MEA SIBI, ET IN
VESTEM MEAM MISERVNT SORTEM. Quid
cauſæ? Literalis quidem erat, quia dileciſ-
ſa diſſoluſſet, vt talium eſt natura, proinde
nullo fuſſet uſui: Myſtica vero & præcipua,
quam Patres notant eſt integritas Ecclesiæ
Christi; quam hæretici & ſchismatici peio-
res iſtis carnificibus diſcindere conantur.
Contra quos hoc nomine & olim ſancti, &
nos nunc lamentamur: Utinā aliquando ab
ea ceſſent inſania. Porro milites non ſolum
ſupra veftem hāc inconsutilem: ſed & ſuper
alias MISERVNT SORTEſ, vt ait Lucas, nem-
pe quisnam ex illa diuifione primus eligere
deberet, ne inter eos eſlet contentio: Hac
igitur ratione cum Joan. & Dauidē bene a-
lij Euangelistæ conueniunt.

Jam ad teſtamentum & doctrinas, quas
verbo Christus tradidit veniam'. Et vero ſal-

Ccc 4

uo me-

*Inconfutabiliſ cur non
diuiditur.*

*Sortes ſu-
per omnes.*

*Odo ſu-
ma Christi
Verba, odo
beatitudi-
nibus applico.*

Pſal. 21. 19.

*Mat. 5.1.**Luc. 6.20.*

uo meliori iudicio videtur Saluator noster easdem doctrinas, quas aperiens os suum, primas in monte Apostolis dederat; postea vero sub monte aliis repetierat, die hodierna clausurus os suum mortale tum verbo, tum opere ipso promulgasse, vt hac ratione p̄clarè finis initio responderet. Attende, memoria retinete, & exequi toto vitæ vestræ tempore satagite. Octo beatitudines (quas tamen populum docendo ad quatuor contraxit) recenset D. Matth. has nos octo ultimis Christi verbis hodie prolatis adaptare studebimus, sequemur autem ordinem beatitudinum, quia quo ordine verba hæc prolatæ fuerint non constat, cum nullus Evangelista ponat omnia: proinde & doctores diuersimode ea recolunt. Certum tamen est

PRIMVM primum existis verbum fuisse illud ad mulieres flentes, quod iam recensuimus. In quo scopus ipsius fuit docere dolorem de interiori animarum. Propterea enim monet mulieres illas, ut super se, & super filios suos fleant, id est, ut peccata & sua, & filiorum defellant, tanquam rem, quæ sola verum est malum. Peccata vero plerumque prouenire ex nimio appetitu, & concupiscentia rerū temporalium, maximè vero diuinarum est certum. Contra hoc ergo militat prima beatitudo, *Beati pauperes spiritu.* Qui enim in animi sui p̄paratione sincere est paratus terrena

terrena relinquere, quod est esse pauperem spiritu iuxta communio rem interpretationem, is multos euadet laqueos diaboli, qui nos in interitum mergunt. Hæc paulo obscuriora, alia erunt clariora.

Porrò primum in cruce prolatum verbū creditur illud fuisse quod Lucas habet, PATER DIMITTE EIS NON ENIM SCI-
VNT QVID FACIVNT : Cui pulchrè consonat secunda beatitudo, Beati mites: inimici.
quaenam enim mansuetudo & humilitas maior, vel esse, vel excogitari potest, quam non solum diligere inimicos in ipso etiam necis quando illi infertur articulo, sed etiam illis benefacere ac pro eis orare? Id igitur agamus charissimi, sicut nos & olim verbo sa- pius, & nunc rarissimo exemplo docuit Christus dominus. Quem postea multi martyres secuti sunt; David verò præfiguravit tum Saulem; tum Absolonem hostes suos capi- tales amando.

Deinde CVM VIDISSET JESVS TERTI-
MATREM ET DISCIPVLVM VIM /olaris
STANTEM QVEM DILIGEBAT lugentes,
DICIT MATRI SVÆ, ECCE FI-
LIVS TVVS; DEINDE DISCIPVLO,
ECCE MATER TVA. Qua in renonie
videtis quā clarè expleta fuerit tertia beatitudo : Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur? Ecce enim dominus Jesus licet ipse
CCC 5 effet

SECVN-
DVM mi-
tem esse vs-
que ad di-
lectionem

TERTI-
VM /olaris
lugentes,

esset præ omnibus afflittiſſimus, tamen ſui
quasi oblitus conſolatur eos qui iphiſus affli-
guntur cauſa. Verbum vero Iesu effectus eſt
ſubſecutus. Nam adiungitur, EXILLA
HORA ACCEPTEAM DISCIPVLVS
IN SVAM. Nempe velin domum ſuam
quam habuiffe illum quidam volunt: velin
curam ſuam quod eſt veriſimilius. Luge-
amus igitur nos quoque tu pro peccatis no-
ſtris, tum compatiendo alijs & iſpi Christo,
& coſolabitur nos iſ qui piè mcerentes non
coſolari non poteſt.

QVAR-
TVM ſitii
re iuſtitia.

POSTEA SCIENS JESVS, QVIA
OMNIA JAM CONSVMMATA
SVNT, VT CONSVMMARETVR
SCRIPTVRA: DICIT SITIO. Conſum-
mari autem debuit ſcriptura quam iam ci-
tauimus, illa nimirū. *Efſal. 68, 22* Et in ſiti mea potauerunt
me aceto. Nam ſubiectitur in Euang. VAS
ERGO ERAT POSITVM ACETO
PLENVM. Volunt plerique cruci conſixis
acetum propinari fuiffe ſolitū, vt citius mo-
rētur. At non fuiffe hanc mentem Christi
cum petebat potum certum eſt. Jam pridem
enim fuiffet mortuus, ſi mortem nou impe-
diuifet. Quid vero eſt ſubſecutum? Ait ſcri-
ptura, ET CONTINVO CVRRENS V-
NVS EX EIS ACCEPTAM SPONGI-
AM IMPLEVIT ACETO, ET IMPO-
SVIT ARVNDINI. Et arudo igitur craffe
erat, vt antea diximus, & crux alta, ad quam
arun-

arundine opus fuit. Spongiā itaq; Hyssopo
CIRCVMPONENS id est circumligās: tū ut ea
hāceret arūdini firmius, tum ne acetū esflu-
eret, DAB A TE I BIBERE. Hęc iste: at ego quę.
to ex te, ô Jesu clementissime quidnā sitias?
Si potū, Cur modicum tantū quid accipis?
Num ideo parū bibis quia acetū erat? Sed ita MVNDVS
mundus tractat etiā suos, licet ipsi id nolint ACETVM
intelligere, ideo totis faucibus hauriunt has propinat,
turpes delitias & voluptates, putantes esse
mel & saccharū, cum sit purū fel & acetum.
Quod vtiq; exitus probat. Vtinā aliquando
tandem saperent & intelligerent, & nouissima Deu.32.29.
prouiderent, qui nūc sic potati stertūt, evigi-
laturi aliquādo cum suo magno malo. Cętre-
rum puto te, ô bone Jesu, aliud quid sitiuissle.
Quidnā est istud? Nihil video cogitatū apti*
quā quod in prima tua concione quarto lo-
co posuisti dicens, Beati qui esuriunt, & sitiunt
iustitiam. Hęc esuries, hęc sitis tua fuit, pro-
pter hanc in crucē ascendisti, & tanta passus
fuiſti, nempe vt iustitiae diuinæ faceres satis
quod abundantter, & copiosè præstisti. Sit
nomen tuū benedictū in sęcula. Effice beni-
gnissime, vt & nos exēplo tui sitiamus eandē
iustitiā: tum omnes reddēdo vnicuiq; quod
soū est: tū ij qui iudices à te sint cōstituti pure
sincerè, sine personarū acceptione, sine mu-
neribus, sine fastu, eam administrantes.

Aliud Christi Jesu verbum sequitur ad la- QVIN.
tronem videlicet à dextris pendentem (vt TVM mi-
sericordiā afferit exercere.

asserit traditio & sancti) prolatum. Is enim
ductus pœnitentia pro suis peccatis, DICE-
BAT AD JESVM, DOMINE ME-
MENTO MEI CVM VENERIS IN
REGNVM TVVM. ET DICIT EI
JESVS, AMEN AMEN DICO TI-
BI, HODIE MECVM ERIS IN PA-
RADISO. O verbum suave, ô verbum in
scriptura pro homine in tali termino cōsti-
tuto inauditum! Dixit autem verbum hoc
Christus Jesus tum aliis de causis : tum ut
satisfaceret illi quinto suo dicto, *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordia consequentur.*
Id fecit latro.

At quid inquis iste alicui misericordiae con-
tulit, qui & latrocinio ideoque immisericor-
diis victimum quærebat : & ut alij dicunt E-
vangelistæ Christum blasphemauit à prin-
cipio? Non iste, sed is qui à sinistris erat
Christum blasphemauit. Quod autem LA-
TRONES in plurali blasphemasse legan-
tur, id per figuram ponendi vnum numerū
pro alio in scriptura vstatam (cuius etiam
paulo ante tibi exemplum dedi) dicitur. Mi-
sericordiam vero duplē ego in hoc la-
trone considero. Alteram impropriè dictā

Tum sui ipsius respectu, de qua sapiens; Misericordia anima tua placens Deo, quod illum fecisse iam Eccl. 30.24.

*Tum Christi respectu duplē. audisti. Alteram respectu proximi quæ pro-
pria est huic beatitudini, & quam erga Chri-
stum duplē nomine exerct, nempe: tum compa-*

compatiendo illi: tum famam & honorem eius acriter defendendo. An propugnatio innocentis inter opera misericordie non reponetur? Porro utrumque praefat latro iste in illis increpationis plenis ad socium qui Christum blasphemabat verbis, NEQUE TV DEVUM TIMES QVOD IN Eadem DAMNATIONE ES, ET NOS QVIDEM IVSTE NAM DIGNA FACTIS RECIPIMVS; HIC VERO NIHIL MALI GESSION. Quid hac cōpassione pulchrius? Quid Misericordia ista excellentius? Propterea à liberalissimo, & in verbis fidelissimo Christo Jesu, qui ut auctoribus pollicitus est dicens, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, latro iste dignum professionis, & compassionis, & miserationis suæ mercedem recepit, nempe paradisum, ut ex ore Christi resonuit. Imitemur hunc sanctum latronem dilectissimum, tum in aliis misericordiae operibus: tum in hoc ipso; defendendo videlicet, & famam & bonam estimationem innocentum, pupillorum, viduarum, pauperum, imo quorumvis aliorum. Id enim si serio, & oculo simplici pie feceris, natus quoque eadem Jesu verba, HODIE MECVM ERIS IN PARADISO, aliquando audies. Faxit Iesus, ut ea audiamus omnes. Porro quod ad alias huius latronis virtutes attinet, & multas

Ideo à Christo miseri cordam est consecutus.

*DEFEN-
DE alios &
defendaris;*

&

& mirandas sanè, de iis & antea non semel iā
egimus, & prosequi in posterum data oca-
sione poterimus: nunc vero cœpta con-
tinuemus.

Tenebra
qua densa.

Exo. 10.21.

Itaq; dum hæc gerūtur A SEXTA HO-
RA ab ipsa meridie, vt diximus TENE-
BRÆ densissimæ densiores, vt arbitror quā
illæ erant Ægyptiacæ, quæ vt scribitar fuere,
tam densa vt palpari queant: & tamen hodier-
narum figuram tantum grecabant. Et præte-
rea illæ erant tantum, super terram Ægypti,
neq; super totam. Nam r̄bicunq; habitabant
filii Israël lux erat: hæc vero FACTÆ SVNT
SVPER VNIVERSAM TERRAM, in-
quit Euangelium: quod & Dyonyssius ille
Areopagita, & quidā scriptores Ethnici asse-
uerant. Durarunt autē VSQVE AD HO-
RAM NONAM, tribus videlicet horis, ET
Deus meus;
Eccl. fidu-
ciām & cor
duru docet.

SEXTVM
verbū tenui;
Deus meus;
HORA NONA EXCLAMAVIT JE-
SUS VOCE MAGNA DICENS, ELOI
ELOI LAMMA SABACTHANI,
QVOD EST INTERPRETATVM,
DEVS DEVS MEVS, VT QVID DE-
RELIQVISTIME. Qua occasione nouæ
orientur Judæorum blasphemiarum exprobra-
tiam Christo, quasi Eliam vocaret, & tamen
nihil efficeret. Ita scelerati isti nihilo melio-
res tenebris illis facti sunt. Cauete dilectissimi
obstinationē in peccato, cauete obsecro,
ne idem vobis quod istis eueniat, vt ne mi-
racula quidem à cœpta impietate, vel perfida

OBSTI-
NATIO
neq; mira-
culis sedu-
tur.

dia vos valeant auocare. O tenebræ his exti-
mis tenebris multo perniciosiores.

Audistis ergo aliud Christi verbū! Quod quonā modo sit intelligendum multi mul-
ta dicunt. Id certa fide Catholica creden-
dum est, verba ista non esse tormenta infer-
ni patientis, ideoque desperantis, ut blasphem-
e desperatus mentitur Caluinus: sed esse
spem, & fiduciam suos docentis. Qui enim
desperare potuit, is qui eo etiam cum hæc
diccret tempore, & humanitatē Diuinitati
coniunctam habuit, & beatus in anima fuit!

Quid ergo inquis verba ista sibi volūt? Duo
modi respondendi cum primis placent. Al-
ter Diui Augustini asserentis Christum
Psalmum qui à verbis istis incipit, & pas-
sionem ipsius futuram mirè describit (vn-
de nos quoque in hac concione haud pau-
ca attulimus testimonia) recitare cœpisse,
ut Judæos suos ad eius diligentem considerationem indequæ Messiaæ agnitionem com-
monefaceret. Verū quia posset adhuc quis
vrgere, & interrogare quomodo verba ista q̄
desperationem quasi quandam præ se ferre
videntur, etiam à Davide de Christo intelligi
queant? Idcirco modus alter respondendi
est nihil hic esse desperationis, sed esse repre-
sentationem Deo Patri angustiarum, quas
Christus tum summas patiebatur, secundum
partem præfertim inferiorem, in qua verè
à Deo

*Dicatum hoc
blasphemæ
tur a Cal-
uino.*

*Dupliciter
intelligitur,
1. Recita-
tine.*

2. Proprie-

*Factum id
propter nos
cum Salide
testamus,
Sed de/ola-
mum.*

NOTA.

*Remedia
duo.*

*r. Ex dicto
isto.*

Psal. 21.1.

à Deo fuit desolatus & derelictus, quia consolationes illas, quibus antea abundauit, tūc non sensit. Fecit autem id, & sustinuit Dominus nostri causa, nempe ut nos in similibus angustiis constituti habeamus præsens remedium. Quid enim putatis deesse viros, & sceminas spirituales, qui tale quid patiantur? Sunt equidem præsertim qui spiritu blasphemiar, infidelitatis, desperationis, & ingentibus scrupulis agitantur? qui ita his nonnunquam coarctantur, ut putent se à Deo derelictos, & ex eius gratia omnino excidisse. His igitur benignissimus Jesus, qui ut tories dicuntur est, accepit in se infirmitates nostras (non potuit tamen ipse dubitare se in gratia esse, quod possumus nos, sed ex alio capite maiores, quam quisquam passus est angustias) ut nobis daret firmitates suas, dat remedium efficacissimum; tum in hoc facto suo: tum in sexta beatitudine cum inquit, *Beati mundo corde.* Explico audite diligenter. Est aliquis talis qualem iam descripsi, scrupulosus, tentatus, desolatus, ita ut addubitate de salute sua videatur, is duo iam insinuata accipiat remedia. Alterum ex hoc dicto Christi, cum quo identidem clamet, *DEVS MEVS, DEVS MEVS, VT QVID DERE LIQVISTI ME?* Statimque ex aliis versiculis eiusdem Psalmi in spē fierigat, speretque se etiam si talia patiatur dere-

derelictum non iri : sicut Christus non est derelictus hæc proferendo. Hac enim ratione mirum sentiet auxilium ex alto & mutationem dexteræ excelsi.

Alterum verò remedium capiet ex dicta^{2. Ex sexta.}
beatitudine. Beati mundo corde. In qua sicut^{beatitudi-}
Christus etiam dum hæc loqueretur supre-^{ne.}
mas tenuit partes, ita vult ut eum imitemur.
Itaq; cum talia pateris, examina diligenter,
an mundum sit cor tuum. Immundum est
inquis plenum desolationibus, angoribus,
& anxietatibus quæ ex tentationibus & scru-
pulis proueniunt. At stulte hæc inquis ; non
enim ista maculant & coquinant animam.
Quis enim Christo maiores sustinuit angu-
stias ? (nec refert quod ex alio fonte proue-
nerint) & tamen cor eius ipsa puritas & mi-
dities fuit. Vis scire quæ maculant animam ?
Audi ipsum Jesum hac de re differentem. De
corde enim exirent cogitationes male, homicidia,^{Mat. 15. 19}
adulteria, fornicationes, furtæ, falsæ testimonia,
blasphemiae, hæc sunt quæ coquinant hominem.
Audis quid dicat Jesus ? Juxta hæc igitur &
his similia peccata mortifera examina cor
tuum, & si liberum ab eis inuenieris bono sis
animo, & spem tuam in Deo repone tuo.
Sed inquis. Ego nescio an tentationibus istis
consensum non præbuerim. Scire ergo de-
bes & exequaris velim, te in talibus euentis
viris doctis & pijs, multo vero magis supe-

SCRVPPV-
Lit tollendt.

D dd riori-

rioribus si sub obedientia viuis, obedere oportere, & deponere conscientiam, quando illi eam deponendam censem. Alias vide ne grauis superbiae à Deo arguaris, si tuum iudicium omnium iudicio præponere tentaueris. Quam astutus est diabolus, qui istorū quidem quos depinxī conscientiā ita strinxit & inquietat: aliorum verò (quorum fere fine numero est numerus) adē diducit & lassat, vt in crassissimis peccatis constituti, de salute sua securi viuant. O veteratorem. Vtisque datum est hic in utroque remedium.

*LXXXI.
TAS strin-
genda.*

De scrupulosis iam dixi: Laxis autem ad aures clamo, si filius Dei seruique ipsius mundum cor habentes, in tantis erant angustijs & multi sunt hucusque, quomodo tu qui immunditijs quæ in corde tuo latent, imo quæ etiam in opus ipsum prodeunt plenus es, tam securus viuis? Stringe te miser & à Satana ne patiaris te ultra deludi.

Penultimum Christi verbum in cruce fuit CONSUMMATVM EST. Quid consummatum? Primario consummata fuit redemptio nostra quam subsecuta est pacificatio. Itaque quod aperiens os suum docuit dicens; Beati pacifici, hoc iam claudens os suum facit pacificans per sanguinem crucis siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt, vt testatur Paulus. Nobis vero quid inculcat? Id ipsum nempe vt Pacifici & consummari simus,

*SEPTI-
MVM Ger-
bū: consum-
matum per
pacificatio-
nem esse
docet.
Col. 1. 10.*

*Id in tribus
consistit.*

mūs, quilibet secundum vocationem suam. Primo pacem cum Deo, cum angelis, cum sanctis, cum proximis, & cum nobis metipis conseruando, non his solum diebus, sed etiā post Pascha, sed etiam toto vitæ nostræ tempore. Id enim viri consummati est officium, non solum proprium, sed etiā alienum procurare bonum & pacificationem sicut fecit Christus. Postremo ut in his progressum facere studeamus.

Postremum verbū Iesu in cruce est, PATER IN MANVS TVAS COMMENDO SPIRITVM MEVM. Ultima vero beatitudo quid habet? Beati qui persecutio nem patiuntur propter iustitiam. Adde ex eodē Christo alibi dicente, vsq; in finem, id est, do nec tu quoque dicas, IN MANVS TVAS COMMENDO SPIRITVM MEVM. Qui enim perseverauerit hic saluus erit. Nam qui tempore temptationis recedunt reprobantur, ut in parabola de semine habemus. Ne ergo reprobri simus, probi simus ad illum vique terminum. Nonne dignum est vt propter cum, qui tot, & tanta usque ad extrellum halitum nostræ salutis ergo pertulit tormenta, quanta audiuitis, nos quoq; ipsius causa, & amore seruiamus illi in sancti. LUC. 1.75. tate, et iustitia omnibus diebus nostris? Equisimū sanè nec quicquā in mūdo est æquius. Idigitur facianus oro, obsecro, obtestor.

OCT. 4.
VV M per
seuerare.
Mat. 24.13

*Vt Christus
pro nobis.*

*Moritur
Christus.*

Ddd 2 Audi

Audi enim quid sequatur. ET HÆC quæ
vltimò audiisti, DICENS EXPIRavit,
ait vnus: alter vero CLAMANS VOCE
MAGNA: Tertius autem INCLINATO
CÄPITE TRADIDIT SPIRITVM.

Voluntariè. Disputant nostri quomodo voluntariè po-
suerit animam, & tradiderit spiritum cum
tempus iam mortis aduentaslet? Et varij va-
ria dicunt ut sit in coniecturis. Aliqui afle-
runt eum anticipasse tempus mortis natura-
lis, propterea PILATVS MIRABATVR.

Quia ani-
mam deti-
nuit quan-
din voluit. SI JAM OBISET. Dixerim potius con-
trarium nempe illum retinuisse anima haud
paruo tempore, quæ alias vi agoniæ, & tor-
mentorum multo ante etiam in ipso horto
separanda erant. Idcirco clamat voce ma-
gna quod morientes facere non solent, vt
scias potuisse illum etiam diutius retinere si
voluisset. Voluit autem, & posuit eam quan-
do ei collibitum fuit. Pilati vero admiratio-
nem non est quod miremur. Cum enim i-
psæ non nosset, & teneritudinem complexio-
nis Jesu, & quas ipse angustias sustinuerit
in anima, mirum non est illum more com-
muni de eo locutum esse.

Miracula
post moriē
facta.
I. Vel scissio
quod duo
significat. Jam quæ post mortem subsecuta fuerint
videamus. Sunt verò non pauca: Primum
VELVM TEMPLI SCISSVM EST IN
DVAS PARTES A SVMMO VSQVE
DEORSVM. Aut exterius velum, vt vult
Hieron.

Hieron. aut interius: aut utrumque per sy-
lepsin figuram numeri pro numero. In qua
veli discisione plurimi plurima notant my-
steria. nobis sufficiat illud commune, per
verbū Christi, CONSUMMĀTVM EST
Heb. 6.19.
vetera antiquata, ideoque reuelata fuisse *in-*
teriora velaminis secreta, videlicet legis anti-
quæ. Cui addere possumus quod sicut illud
velamen Moysi de quo differit D. Paulus, ita 2. Cor. 3.11.
hoc velum disruptum transiisse & obnu-
bilasse facies Iudeorum. *Visque in hodiernum*
diem, ne veritatem aspicere queant. Porro Ephr. ser. de
D. Ephrem, ait scisso velo columbam notū pass. Dom.
Spiritus sancti indicium ē templo illo eu-
lasse. Hieronymus autem cum Eusebio, & 2. Spiritus
alii dicunt, Angelos præsides dixisse transea-
mus ex his sedibus, Neque Josephus dissen-
tit, sed ad tempus Pentecostes id refert. Et 3. Terramo-
merito quidem id factū: quid enim in pro-
phanato templo tam Spiritus sanctus, quā
angeli agerent? Deinde TERRA MOTA tus & pe-
EST, ET PETRÆ SCISSÆ SVNT, trarū scisso
quæ fissuræ sanè ingentes etiam nunc Hie-
rosolymis monstrantur. In testimonium Iu-
deorum quorum corda duriora petris, & sa-
xis fuerunt. Imo & Christianorum qui nec-
dum pœnitentiæ Sacramentū suscepunt:
qui videant ne petræ istæ in die Iudicij eos
condemnent. Ultra hæc, MONVMEN-
TA APERTA SVNT; denudata videli-
4. Monu-
mentorum
apertio.

cet illa petrarum scisura & terræmotu. At quod subiungitur. ET MVLTA COR-
PORÆ SANCTORVM, QVI DOR-
MIERANT SVRREXERVNT. Non
*g. Mortuo-
rum resur-
relio, sed
non tunc.*
tunc, sed post resurrectionem Christi con-
tigisse credendū est. Propterea additur, ET
EXEVNTES DE MONUMENTIS
POST RESVRRECTIONEM EIVS
VENERVNT IN SANCTAM CIVI-
TATEM. Nam Christus fuit *primitiæ dor-*
mientium, nempe eorū qui surrexerunt quiq;
APPARVERVNT MVLTIS, dātes testi-
monium quidnam Christus illis sua passione
meruisse, imo omnibus. Vocat autem Hie-
rusalem ciuitatē sanctam, quia sanctus san-
ctorum Iesu nondum illam deseruerat.

*g. Ethnico-
rum con-
uersio.*
Quid præterea? Magnum quid. Nam di-
cit Euangelium, VIDENS CENTVRIO
QVI EX ADVERSO STABAT, custo-
diendo illū iussu Magistratus, QVIA SIC
CLAMANS EXPIRASSET. En quomo-
do Centurio ex clamore valido cognoscit il-
lum miraculosè mori. Vnde & AIT VERE
HIC HOMO FILIUS DEI ERAT.
Quidni hunc primogenitum crucifixi ex
Ethnicis esse dixerim? Quem & alij subse-
cuti sunt ceteris miraculis moti. Ait enim al-
ter Euangelista, ET QVI CVM EO E-
RANT CVSTODIENTES JESVM VI-
SO TERRÆMOTV, ET HIS QVÆ
FIE-

¶ Cor. 15. 20

FIEBANT TIMVERVNT VALDE DICENTES VERE FILIVS DEI ERAT ISTE. Hæc de Ethniciis. De Judais <sup>7. Iudeorū
refipiscētia.</sup> vero dicitur. ET OMNIS TVRBA EORVM QVI SIMVL ADERANT AD SPECTACVLVM ISTVD. Qui vtique magna ex parte Iudæi erant. ET VIDE BANT QVÆ FIEBANT PERCVTIENTES PECTORA SVA, quod signum fuit pœnitentiæ ipso Iesu in publicano teste, REVERTEBANTVR. Id vero post vltimū huius tragediæ actū cuenisse puto, quē sic D. Ioa. describit IVDÆI ERGO, QVIA PARASCEVE ERAT, VT NON REMANERENT IN CRVCE CORPORA SABBATO, ERAT ENIM MAGNVS DIES ILLUS SABBATI ROGAVE RVNT PILATVM, VT FRANGERENTVR EORVM CRVRA, ET TOLLERENTVR, id est, & sepelirentur iuxta legē Moysi, de suspēso in patibulo crucis dicētis, *Non permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur.* VENERVNT ERGO MILITES, ET PRIMI QVIDEM FREGERVNT CRVRA, ET ALTERI VS, QVI CRVCIFIXVS EST CVM EO AD IESVM AVTEM CVM VENIS SENT, ET VIDERVNT EVM JAM MORTVVM NON FREGRVNT EIVS CRVRA, SED VNVS MILITVM LANCEA

*Latronibus
crura franguntur.*

Deu. 21. 22.

Christo dext LATVS EIVS APERVIT. Dextrum, vt
rum latus communiter creditur, cuspis autem lanceæ
averitur.

Duo hic
miracula.

etiam cor ipsum penetrauit. ET CONTI-
 NVO EXIVIT SANGVIS ET AQVA:
 miraculosè, & mysticè. Miraculosè quidem
 non solum ex parte rei; vnde enim aqua cir-
 ca corporis mortui? Sed etiam ratione mo-
 di. Fluebat enim vtrumque non permix-
 tim, sed separatim, ita ut ab omnibus duo
 riu iiderentur; alter sanguinis; aquæ alter.
Confirmata
tur tum
Ioannis.

Propter ea ne cui id impossibile iideretur
 addit Joannes loquens de seipso. ET QVI
 VIDIT TESTIMONIVM PER HI-
 BVIT, ET VERVM EST TESTIMO-
 NIVM EIVS, ET ILLE SCIT, QVIA
 VERA DICIT VT ET VOS CRE-
 DATIS. Et ad comprobandum vtrumque
 adfert duo scripturæ testimonia. Primum

Exo.12.46. de non frangendis cruribus illud Moysi, OS
Tum pro- NON COMMIVETIS DE EO quod
phetarum histotice quidem de agno Paschali, literali-
auditoritate ter vero de Christo dicitur, ut alias demon-
Dom.8. post strauimus. Secundum pro lateris transuer-
Ephph. beratione illud. VIDEBVNT IN QVEM
coni. 2.

Zach.12.10 CONFIXERVNT : sensum more suo
 non verba Prophetæ reddendo. Sensus vero
 est: vt posteriora verba de hoc actu intelli-
 gantur: primum vero VIDEBVNT de ex-
 tremo iudicio. Tunc enim increduli Judei
 videbūt quid egerint, & plangent, vt & Pro-
 pheta

pheta ibidem prædictit, & Joan. in Apocalyp. *Apoc. 1.7.*
attestatur.

Mysterium autem hic à sanctis notatum *Gen. 2.21.*
magnum est. Nempe quod sicut ex costa *Mysterium*
dormientis primi Adami Eua sponsa ipsius *Ecclesia*
formata fuit: ita ex latere mortui ad tem-*fundata.*
pus secundi Adam, Ecclesia sponsa eius *Ratio.*
stituta fuit. Membra vero huius sponsæ effi-*Tit. 3.5.*
ciuntur per lauacrum regenerationis, & reno-
uationis cuius hic typum vides euidentem.
Aqua enim est materia Baptismi. Sanguis
vero Christi, aquæ ad abluenda peccata vim
totam tribuit. Nonne videtis quam pulchre
quadrent omnia? Vultis & effectum ibidem
videre? Aspicite quæso vtrosque, de quibus
iam iam differuimus, Iudæos inquā, & Eth-
nicos, ex miraculis conuersos, & Jesum fi-
lium Dei profitentes sub cruce stantes, & a-
gnoscite quomodo nouus Adam eodem tem-
poris momento, sponsam sibi parare incipit
ex hoc dupli hominum genere, in quod
tunc orbis vniuersus diuidebatur. Ecquis
nouit, an hac aqua, & sanguine ex latere
Christi manante primitiæ istæ quæ in cruci-
fixum credere incipiebant miraculosè ba-
ptizatae non fuerint? cum non desint aucto-
res qui hoc ipso fluente dextrum latronem
baptizatum autemnt? Multo autem est
difficilior ad latus, quam deorsum aquam &
sanguinem fluere, proinde illuc nouo mira-

Ddd 5

culo

culo opus fuit, hic non. Formæ vero & verborum vim suppleuit verbū diuinum quod & præsens aderat corpori illi licet mortuo, hypostaticè vnitum, & ad hæc adstrictum non fuit: sed certitudo hic nos fugit, propterea probabiliter tantum ista dicuntur.

*Transfusio
cum reie-
tione.*

Verum enim uero tempus est, ut ab solutis omnibus quæ ante, in, & post crucifixionem Christi Domini contigerunt, finem tandem prolixo huic sermoni imponamus. Id vero quid faciemus? Num dolorem de peccatis & contritionem, compassionem quoque, admirationem, & charitatis ardorem, ex mentibus vestris elicere studebimus? Aequissimum id quidem foret, at in adeo protracta concione molestum, ne dicā impossibile. Quare hæc aliis, quæ Christo duce daturi sumus concionibus relinquētes, primo scopo, nempe literæ explanatione, cum doctrinis paucis, & brevib⁹ pro virili nostra parte absolutis: ad alterum propositū quod in imitatione Christi consistit accedamus. Etsi vero in decursu orationis aliqua hac in parte dicta fuerint: dignum tamen mihi visum est, compedium alia eiusmodi adiungere. Compendio inquit, non enim rem dilatandi, sed tantum puncta, & materiam quādam hæc meditādi, & quod caput est opere excequendi dare vobis decreuimus.

Vnde vero ea ordiemur? Vbi priora finimus. Iam iam & diximus, & diduximus, quo-

*Scopus di-
cendorum.*

quomodo post mortem ex latere Christi Iesu sanguis & aqua profluxerint quidue desig-
nariint. At præter dicta aqua ista denotat e- *Aqua præ-*
tiam dona Spiritus sancti. Quo teste? Ipso *terea desi-*
Christo qui clamabat dicens; *Si quis sit in re* *gnat dona*
Spiritus S-
natus ad me, & bibat. Quo cum fructu? Addit, *Ioan. 7.37-*
Flumina de ventre eius fluent aquæ viue: Qua-
re? Quia prius flumina aquæ profluxerunt ex
latere Iesu. Quid vero hoc significat? Respo-
det Ioan. *Hoc autem dixit de spiritu quem acce-*
pturi erat credentes in eum. Ut vero hanc aquâ *Hoc hauri-*
gratiarū Spiritus sancti hauriamus ex latere *untur.*
Jesu, indigemus vrna, funiculo appensa. Pu-
teus enim iste altus est. Vrna est imitatio vir- *Vrna imit.*
tutum Christi, funiculus cui hæc vrna appé- *Virtutum*
ditur, est meditatio passionis eius. In ea enim *Christi ap-*
in primis omnes eius relueant virtutes. Sed *prehensionis*
quis infinitum exhaustiet? Quis omnes eius *funiculo me-*
virtutes enumerabit? Nemo sanè: proinde *dstat. passi-*
neq; nos exhaustire, sed hautire volumus. Et *onis eius.*
ne nimium vos obruamns secundū duplices
quæ in Christo reperiebantur virtutes, solu-
modo bis quinq; contéplabimur, iuxta illa
quinq; puncta quæ nobis tradidit Paulus cū *Per quinque*
dixit, ut possitis coprehendere cum omnib. sanctis, puncta
quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & *Pauli.*
profundū: en quatuor; quintū vero addit, scire
etiam supereminentem scientię charitatē Christi:
Potro duo illi virtutū Iesu ordines sunt isti. *Sunt autem*
Vnus altior, earum nimirū quas ab æterno *duplices le-*
habuit suæ virtutes.

Mc. 5.8.

habuit, & secum è cælo tulit; alter illarum quas in mundo didicit, de quarū vna inquit Apost. *Et quidem cum esset filius, didicit ex iis,* quæ passus est obedientiam.

*PRIMVS**erdo cōtinet**3. Latitudi-**nem sapi-**entia.**Cant. 8.5.**In prefat.**de cruce.**2. Longitu-**dine iusti-**tia.**3. Sublimi-**tatem mi-**sericordia.**Psal 144.2.**Itaq; secundum hanc distinctionem da-**tam: ex primo quidē ordine Meditabimur**& speculabimur primum latitudinem sapi-**entiae, quæ mirificè in multis hic resplendet,**tum in horto; sicut enim olim in horto à ser-**pente, corrupta est mater nostra, violata est ge-**nitrix nostra; ita nunc in horto sudat san-**guinem noua genitrix nostra, vt nos ab an-**tiqua illa corruptione sanaret: tum in cruce:**qua de re sic canit Ecclesia: [vt vnde mors**oriebatur, inde vita resurgeret, & qui in li-**gno vincebat, in ligno quoque vinceretur**Per Christum Dominum nostrum] tum in**aliis quæ dabit vobis Jesus & agnoscere, &**sequi. Deinde longitudinem iustitiae. Lon-**ga enim fuit nimis. Quæ enim vno momen-**to incarnationis expedire potuit, durauit**triginta, & aliquot annis. Cur quæso? vt &**variis modis Patri æterno de rigore iustitiae**fieret satis, & nobis amorem huius virtutis**eiusque obseruationem obnoxie comen-**daret. Sequitur sublimitas misericordiae quæ**iuxta Dauidem est super omnia opera eius, id**est superat omnia opera eius. Verè sublimè,**erga nos exercuit, & exeruit misericordi-**am, misericors & miserator Jesus, quando**totum*

totum id quod iustitia cōmeruit , sua nobis
misericorditer & liberaliter donauit. Est p̄f.
terea profundum veritatis , ad quam mani-
festandam , se in mundum venisse ipse testa-
tus est Pilato , vt ex ore eius paulo ante audi-
uistis . Hæc vero tam in profundo iacebat , yt
a nemine ita ut nunc cognosceretur . Deniq;
considerabimus supereminentem charita-
tē , quam in prolata sententia ipse Paul. com-
memorat , & de qua nos in alia cōcione plu-
ribus agemus . Omnes vero has quas recen-
suimus virtutes (præter primam) vno versi-
culo complexus est David dicens ; *Misericor-
dia & veritas obuiauerunt sibi , iustitia & pax ,*
quæ charitatis est effectus osculatæ sunt.

Ex virtutibus autem alterius generis cō-
templabimur . Principio latitudinem tem-
perantia , qua Christus nostras intemperan-
tias temperauit . Proinde nos quoque illum
imitantes , superfluitates nostras in cibo , po-
tu , somno , verbis , iocis , vestitu , ac aliis cor-
poris , & facultatum commoditatibus mo-
derabimur & mortificabimus . Postea lon-
gitudinem obedientiae , de qua iam Apostol.
loquentem audiuitis . Quam ne Jesus dese-
reret , deseruit vitam . Id ipsum nos facere ne-
cessè est : tum intellectum nostrum captiuā-
do in obsequium fidei Catholicæ , tum &
Christo , & eidem sponsæ ipsius in omnibus
quæ præcipit obsecundando . Meditabimur

præ-

*4. Profun-
dum Veri-
tatis.**5. Supereme-
nentiam
charitatis.**Thema.**Psalm 84. 11.**SECVN-
DVS orda-
cōpletatur.
1. Latitudi-
nem tem-
perantia.**2. Longitu-
dinem obe-
dientia.*

3. Sublimi- præterea sublimitatem patientiæ, quæ nu-
tatem pati- cleus est fortitudinis, & opus perfectum ha-
enisse. bet, teste Scriptura. Cuius in actu hodierno
Iac. 1. 4. innumera sunt exempla, quæ ita ad nos per
imitationem trahemus, ut in ea quotidie

4. Profun- proficere studeamus. Sequitur profundum
dum humi- humilitatis. De qua Paulus, *Humiliauit se-*
litatis. *met ipsum factus obediens usq; ad mortem, mor-*
Phil. 2. 7. *tem autem crucis. Quam & nos tum heri,*

5. Supere- tum hodie multis commendauimus. Deni-
minentiam que considerabimus supéreminentem sci-
longanimi- entiam longanimitatis & perseverantiae, de-
tatis. qua idem Apostolus, *In omni patientia, & lon-*
Col. 1. 11. *ganitate. Hoc ipsum enim est ex præcipuis*

6. Ad. 14. 21. *quod nos Christus hodie docuit, nempe ve-*
sciamus, quoniam per multas tribulationes ope-
ret nos intrare in regnum Dei, proinde tam lon-
gas (vnde longanimitas est dicta) quam lon-
ga est vita nostra eas sustineamus.

Conclusio
per exhortationem. Hac igitur bis quinq; ad honorem quinque
plagarum Iesu, & alias ipsius virtutes
pone ante te, tanquam speculum, & in iis
contemplare te ipsum, & quicquid tibi de-
esse animaduerteris (decerit autem plurimū)
id ex historia hodierna verna imitationis de-
missa per funiculum nocturnæ, & diurnæ
meditationis passionis Christi haurias, & di-
ligenter, & efficaciter. Jactoque in prioribus
quinque bono fundamento, posteriores tan-
to sint nobis magis familiares, quanto natura
nostra

nostra depravata eis plus indiget. Id enim faciētes, fructuum qui ex passione, & morte Saluatoris nostri fluunt uberrimi ac planè innumeri, efficiemur participes, per eundem Christum Iesum, qui cum Patre in unitate Spiritus sancti viuit, & regnat Deus in seculum seculi, Amen.



CONCIO II.

Contritio.

Ecce Rex uester.

MAGNVS ille inter Ethnicos non Eth.^{Iob 3.1.} nūc vivens Iob Patriarcha maximis, ^{Iob maledic-} quæ vos non latent constrictus, & oppressus ^{cit. &c. in-} tribulationibus, & doloribus aperiens os suū, possibilia primis quæ protulit verbis, maledixit diei suo ^{petit.} & locutus est. Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est conceptus est homo. Dies ille vertatur in tenebras, aliaque his similia non pauca. Quid hoc sibi vult quæ so? hominē quem Moyses (vt cōmuniō fert opinio) pop. Israelitico, tanquam speculum patiētiae proposuit in ea impatientię, & insipientię cuiusdam verba prorupisse? Impatientia n. in maledictione, insipientia vero in eo apparet, quod optet id euenire quod factu erat impossibili.

impossibile. Quomodo enim dies quæ iam pridem præterierat verti in tenebras potuit? At si rem diligentius considerauerimus non insipientiam, sed sapientiam hic inueniemus, *May. 11. 12.* cum etiam in ipso Christo Jesu, simile quid habeamus. Is enim esuriens, cum siccus in arbore non inuenisset, ita arbori illi maledixit, ut statim aresceret, hinc illa verba Petri,

*Ibid. S. 21.
Idem Chri-
stus Domi-
nus facit.*

*Job expli-
catur.*

Psal. 50. 7.

Gen. 1. 26.

*1. Ioan. 3. 8.
Job 14. 4.*

Rabbi ecce siccus cui maledixisti aruit. In hor-
to vero die hodierna non ne orat, & oran-
do optat, ut transeat ab ipso calix iste, quem
tamen transire non posse bene nouerat?

Neque ergo in Job, neque in Domino
Jesu est quicquam impatientie aut insipientie, sed omnia sunt plena mysteriis. De Christo alias: De Job aio. Non maledicere illum
dici à Deo creato, quia bonus; sed à diabo-
lo introducto quia malus. Non nocti quæ
nihil peccauerat, sed conceptioni quæ no-
ctu facta est, de qua & alter valde lamentatur
dicēs; Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum,
& in peccatis concepit me mater mea. Non de-
nique nativitati, quæ fuit hominis creati, ad
imaginem & similitudinem Dei: sed nstabilitati
illi, de qua tum idem Job. (Secundum ver-
sionem septuaginta) Nemo mundus à sorde nec
infans cuius est rnius diei vita super terrā: tum
tum Dauid, quā Job, tota indignatio est ad-
uersus peccatum originale, Dauidis quidem
quatenus

quatenus hoc peccatum est origo concupiscentiae, per quam inciderat in adulterium. Job vero quia id ipsum fuit, & est causa: tot & tantorum malorum ac penarum, quae & ipse patiebatur dum haec diceret, filiumque Dei aliquando passurum prauidit. Quid enim prohibet quominus dicamus huc etiam collimasse vel Jobum, vel certe qui haec Jobo dictauit Spiritum sanctum? Quia de re & de sensu morali aliquid in decursu orationis dicemus: Nunc vero de prolati themate sermonem nostrorum institutus.

Quare nos quoque tum ad deflendam cum sanctis diem noctemque illam, tum ad penitendum de peccatis, quae inde in nobis profluxerunt, tum ad meditandas penas & cruciatus, quos Christus Jesus, nocte atque die haec acerbissima, ad delenda haec omnia sustinuit: tria circa haec Pilati verba, ECCE REX VESTER, Judæis dicta considerabimus. Primo quomodo illa Judæi repudiantur. Secundo quomodo impij Christiani id ipsum faciunt. Tertio ingratitudinem, & penas quas commeruerunt utriq; Catholice vero modum de his dolendi aperiamus. Da Christe Jesu ita id faciamus, ut desperita die nocte que maledicta, sanctæ diei tuæ, per veram contritionem participes effici mereamur.

Inter alia quæ de funesta illa nocte in I. PARS.
Ecc co

Et applicatur.

Prop. Tripartita.

ECCE REX VES coiam citato dicit Iob hæc habentur. No-
tem illam tenebrosus turbo posideat. Sit
TER ludei nox illa solitaria nec laude digna. Obtene-
zobi Verba brentur stellæ caligine eius, expectet lucem
noctis hodi- & non videat, nec ortum surgentis aurore.
ernæ applic- Quæ omnia quamvis recte de pœnis pe-
cantur. catis debitibus intelligentur: non inepte
Iob. 3. 6. tamen & nescio an non æque literaliter,
de hac quam hodie recolimus nocte ac-
cipi possunt. Quam enim noctem adeo te-
nebrosus turbo possedit ut istam in qua Dei
filius Deus, præ angustia sudat sanguinem?
in qua princeps tenebrarum omnia
sua tenebricosa consilia, & machinamenta
contra filium Dei exerit? Quæ nox magis
solitaria nec laude digna, quam in qua Christus
IESVS solus in manibus inimicorum re-
linquitur, strictissime ligatur, crudeli-
ter per plateas ciuitatis Ierosolimitanæ
ducitur, trahitur, calcatur; iniuste tum
examinatur, tum iudicatur, ignominio-
sè facie velatur, alapis oneratur, percutitur,
pugnis & calcibus contunditur? In qua
nocte magis obtenebrata sunt stellæ caligine
eius, quam in nocte ista, in qua Apostolos,

Matt. 5. 14 qui ab ipso Christo lux mundi vocati sunt,
tanta caligo occupauit, ut omnes quidem
fugerent latebras queritantes, princeps ve-
ro illorum futurus, Petrus inquam ter turpis-
sime magistrum suum negaret? Deniq; v-
nus

nus ex eis Judas laqueo se necauit : O tene-
bræ abyssi ! Propterea optat Job ut nox ista
exspectet lucem , & non videat , nec ortum sur-
gentis aurora . Sed frustra , ortus est enim sol &
congregati sunt Judæi , in celeberrimo illo
suo concilio , & conselstu Senadrin dicto , i-
bidemque filium Dei morti adiudicarunt .
Neque id satis , sed etiam postea per plateas
& compita , per vicos & foras , tum à domo sua
^{Matt. 26.}
ad prætorium , tum hinc ad domum Herodis ,
tum inde iterum ad Pilatum , nequiter ,
probrosè , & contumaciter , & pœnosè du-
xerunt , ac deduxerunt Jesum filium Dei . O
dies nihilo melior , immo etiam nocte tetricor
& crudelior ; verùm quia in alia concio-
ne , de his copiosius egimus , hic attigisse
sat sit .

Videamus paulisper paulò exactius , ^{Acta in domo}
quæ in domo Pilati seu prætorio acta fu- ^{mo Pilati.}
ere , vt explicemus , tam falsas , quam
veras causas , quas Judæi habuerunt , vt
CHRISTVM morti tradicerent . Nam
hoc est vnum ex præcipuis , quod in
hac concione intendimus Hinc enim
ingratitudo , tum Judæorum , tum Chri-
stianorum , qui illos imitantur patebit .
Fallæ causæ sunt pleræquæ ex ijs quas
Pilato dederunt : veræ quas in corde
suo preßerunt . Itaque postquam Judæi
Ecc 2 Christum

ARS Iudeorum, Et corundem. Christum Iesum dominum nostrum, ad Pilatum adduxerunt, & viderunt non successisse eis illud artificium, quod excogitarant, ut

indicta causa Pilatus cum condemnaret, ut (de quo in prima concione egimus) immo intellexerunt, ex ore ipsius testimonium

datum Christo Iesu, cum esse innocentem, quod tum verbis, tum factis Pilatus ut minimum sexies repetit; Quid faciunt? Adferunt rationes quantu ex Euangelistis colligere possumus non plures quam sex, fuisse tamen plures non dubito, sed scriptura mores suo earum non meminit. Quo verò ordine eas protulerint, non constat, cum varijs Euangelista varias referat, omnes nullus

necis Christi nempe quia. Nostamen ut Christi Iesu innocentia magis magisque pateat, eas in ordinem redigemus. Prima fuit non tam ratio, quam au-

toritas, & ars iam dicta: nec alia auctoritas, quam ipsorummet, id est accusatorum &

hostium afferentium, quod si non fuisset malefactor, non tradidissent illum. Secunda erat fortior, nempe quod subuerteretur

2. Pop. sub- uertit. dæos. Tertia adhuc multo potentior, yi- delicet prohibuisse illum dare tributū Cala-

ri. Id enim meritò magni momenti esse debebat apud Pilatum. Maioris verò etiam

3. Censum Caesarineg. quarta; quia Regē se faciebat. Has tres po-

4. Regem se nominat. stremas, simul expresserunt apud Lucan dicentes: HVNC INVENIMVS SVB-

VER-

TENTEM GENTEM NOSTRAM;
ET PROHIBENTEM TRIBUTADA
RE CÆSARI: ET DICENTEM SE
CHRISTVM REGEM ESSE. Nec mi-
nus permouere debebat Pilatum, quinta ^{5. Seditio-}
causa, nempe quando seditionis Iesum in- ^{nes eret.}
cusantes Galileæ mentionem fecerunt. No-
uerat enim Pilatus rebelliones in Galilæa
oriri fuisse solitas. Nam Gamaliel in Actis ^{Act. 5. 36.}
Apost. duorum rebellium meminit, Theo-
dænimirum & Iude Galilæi, qui iam à Ro-
manis compressi erant. Postrema denique
causa apud Iudeos erat omnium potentissi-
ma, quia propter hanc solam Iesum in Cō-
cilio suo condemnarant. **QVIA FILIVM
DEI SE FECIT.**

Has inquam causas accusationis Iudaicæ
habemus in Euangелиo, quorū penes in-
gulas acclamationibus illis suis TOLLE
TOLLE CRUCIFIGE EVM. ornasse
& onerasse Iudeos dubitandum nō est. Qui-
dam volūt illos adiunxisse etiā crimen Ma- ^{7. Incerta.}
giæ. Quod argumentum tanto fuit tunc ^{de Magia.}
potentius, quanto magis Tiberius Cæsar
sub quo hæc acta sunt, vbiq[ue] magos per-
sequebatur, vt ex historijs patet. Sed quia
scriptura nullam huius rei facit mentionē,
nos quoque eam relinquamus. Sicut & illud
aliud de destruendo & redificando templo: ^{8. Subtrice}
quod Iudei forte subticuerunt; tum quia ^{tur de templo}

Ecc 3 Pilatum

Pilatum id nihil facturum seiebant; tum quod ea dere NON ERAT CONVENIENS TESTIMONIVM ILLORVM.

*Quid ad
hoc Chri.
stus?*

*Procurato.
res vbi?*

*Facit Chri.
stus mira.
culum.*

NOTA.

Quid verò ad has accusationes satis acerbas & virulentas respondet pars rea? Vix quicquam auditur, præter aliquot verba ex ore ipsius Jesu ad Pilatum iudicem, quibus tamē sufficienter de toto negotio illum informat. Procuratores verò vbi? Quid mirū defuisse, cum dilecti Apostoli omnes sugerint: ipse verò animosior cæteris Petrus, tē illum etiam iuramento abnegauerit, latueritq; in aliquo angulo deflens sua peccata?

Quid alij? Non comparent. Dicitur quidem adfuisse, & Christum egregiè defensum mirabilem. disce coram Pilato, ille olim cœcus natus à J E S V curatus. At hoc incertum est, imo certius contrarium. Quem enim rabidi illi canes ante prætorium stantes à porta illa non abegissent? Quid ergo bone J E S V, itane morieris, tanquam pecus vel bestia quædam: sine voce, sine responsu, sine procuratore? Fac hic quoq; o potentissime miraculum, non tam tui quam nostri causa; tu enim vis mori: at nobis de innocentia tua constare debet! Fecit sanè & ut mihi videatur ingens facit miraculum, inueniendo sibi procuratorem, quo in orbe terrarum tum temporis ratione causæ istius, excellentior non inueniebatur vilus.

villus. Ipsum videlicet iudicem Pilatum, cui etiam ut dixi & in prima concione demonstriaui informationem dedit. Duplici igitur munere Pilatus haec in parte fungebatur, procuratoris & iudicis: & in illo quidem egregie se gessit, in hoc vero non item.

Itaq; Pilatus personā aduocati agens tria pro C H R I S T O facit. Primō innocentem illum esse demonstrat. Secundō argumenta aduersae partis soluit. Et primum quidem tamquam inceptum rejicit: similiter secundum: nihil enim ad negotium hoc pertinebat quid Judæi crederent. De tertio, id est, de censu Cæsari negato, mirum est nihil responsi extare: factum puto, quia fuit nimis putidum mendacium, & euidentes calumnia, cum palam esset omnibus etiam ipsis Herodianis Christum iussisse reddere, quæ sunt Cæsar's Cæsari: Jdcirco postea Judæi hoc non vrsurunt, quia convictos se esse viderunt. In quarto quod erat principalissimum dissoluendo maximè laborat. Soluit tamen & præclarè dupliciter, vel tripliciter. Primō cum aspergit tum in priuato tum in publico coram eis facto examine, ex allegatis & probatis nihil tale in eo repertū fuisse. Secundo probabile est dixisse Pilatum se quidē de quodā regno eius audiuisse;

Ecc 4 sed

Pilatus du-
plex officiū

PRIMVM

aduocati in

quo bene

segerit,

PRIMO

innocētem

Christum

proclamādo

SECVN-

DOSoluen-

do argu-

menta con-

traria duo

recesserit.

TERTI-

VMPutidū

mendacū.

Mat. 22.27

QVADR-

TVM da

regno tri-

pliciter

soluit.

sed de tali quod NON ESSET DE HOC MVNDO. Proinde ad suum iudicium qui de hoc mundo tantum iudicaret non pertinere. Tertio forte etiam addidit planum sibi esse, Jesum cum illum regem facere voleissent Judæi, in montem profugisse. Qui enim præsidem longas habentem aures id latere potuisset? Ad quintum de seditione

*Quintum
dupliciter.*

Galilæica respondet falsum esse, idemq; auctoritate Herodis, qui Galilæi præsidebat confirmat: Sed & illud bene sciuit Pilatus, Theodam, Judam Galilæum, & huius farinæ homines non doctrina, sed armis deceratae, Christum vero à contrario inermem ambulasse, & pop. docuisse, ut ipsi Judæi hic fatentur. Ad sextum de filio Dei expauscitur, reque ipsa respondet, quando peculiari pro hoc solo accepta à Christo informatio-

TERTIO

*Sunt libe-
rare Iesum.*

Nam hoc quoque boni procuratoris est officium. Inuenitque ad liberandum eum modos varios, quos nullus alias inuenire potuisset. Eiusmodi fuit optio illa data eligendi vnum è duobus, aut Barrahamb, seditionis & homicidiam, aut Jesum innocentem. Deniq; vt illos ad misericordiam Christo præstandam infleteret, miserè flagellatum, coronatum, & dilaniatum producit foras, & duo profert verba, quæ duabus nostris concionibus materiam subministrabunt. Alter-

rum

rum ECCE HOMO: de quo in postrema.
 Alterum ECCE REX VESTER: de qua
 in hac concione agemus. Aduocati igitur *SECVN-*
DVM Pilat
sum officiis
Iudicare
quod mala
 munere bene functus est Pilatus: at iudicis
 minimè. Quam primum enim decreta fer-
 re aggressus est statim posterius priore terti-
 us, & iniustius pronunciare cœpit. In iustum *præstat.*
 fuit illud: ACCIPITE EVM VOS, ET
 SECUNDVM LEGEM VESTRAM
 JUDICATE EVM. Eripere enim non
 tradere hostibus debebat illum, quem in-
 nocentem esse nouerat. Peius cum inquit,
 EMENDATVM ERGO DIMIT-
 TAM; propter quod Jesus crudelissimè fla-
 gellatus, insuper & coronatus, sive iubente,
 sive permittente eo fuit. Pessimum autem
 erat, quando licet lauisset manus, in signum
 innocentiae Christi; tamen FLAGELLA-
 TVM TRADIDIT EIS VT CRVCI-
 FIGERETVR, peccauit igitur grauiter
 Pilatus. Sed Judæi multo grauius, tanquam
 auctores totius huius malii.

Sed audiamus iam quid dicant Judæi ad *Iudei ne-*
 illud Pilati, ECCE REX VESTER. *gant Chri-*
sum regē.
 Respondent enim, TOLLE TOLLE
 CRVCIFIGE EVM. Miratur Pilatus, &
 cū stupore inquit: REGEM VESTRVM
 CRVCIFIGAM? Ac si dicat, Qui id possi-
 bile est, vt vos regem vestrum crucifigi de-
 sideretis? Sed statim responderunt PON-

Ecc 5 TIFI-

TIFICES, NON HABEMVS REGEM.
Probatur cōtrarium. Sed en habetis, ECCE REX VESTER, ô
 Judæi, Rex inquā ille à principio promissus.
1. Ex Iac. Patriar. Primo à Patriarchis, ex quib. Jacob inquit.
Genes. 49. Nō auferetur sceptrū de Iuda, & dux de femore
 eius donec veniat qui mittēdus est. Ecce iā venit
 natus ex Juda procreatus ex femore eius, de-
 ficiente sceptro & translato regno ad aliud
2. Ex Dani. genus. Deinde à Regibus fuit prædictus ex
 quibus David frequenter illum regem in-
 clamat, & statim à principio in persona eius
 inquit. Ego autem constitutus sum rex ab eo, su-
 per Sion montem sanctum eius, prædicans præ-
 ptum eius. Quis fidelius, exactius, profundius
 prædicauit & signis confirmauit præcepta
 & voluntatem Dei, quam is de quo Pilatus
 dixit: ECCE REX VESTER? Quem
 idem David etiam frequenter Deum vocat,
 prout verè Deus est. Tertiò à Prophetis o-
 mnibus idipsum promittitur. Sed nos ex
3. Ex Zach. Proph. singulis ordinib. singulos accipiamus, pro-
 inde sufficiat hic Zacharias qui inquit, Ecce
Zachæ. 9.9 rex tuus venit tibi iustus, & Saluator ipse pau-
 per, & ascendens super asinam, & super pullum
4. Ex ac- clamatione populi. filium asinæ, quod tam clarè ante paucos dies
 factum vidistis quam quod clarissimè. Pro-
 pterea exclamatis dicentes. Benedictus qui ve-
Luc. 19. 38. nit rex in nomine domini. En quartū & è medio
5. Ex ele- ditione. vestrū præclarum testimoniu. Est & quinqui, quādo gens vestra ô pontifices te ipsa voluit
 illum

illū facere regem in deserto, ipse autē fugit, *Ioa. 6. 18.*
 non quod regnū, sed quod modum talem
 regnandi fastidiret. Sextum ipsiusmet Chri. *6. Ex ipso
Christo.*
 sti, qui & hac nocte corā vobis, & nūc coram
 Pilato fassus est regē sc̄ esse, vos autem nostis
 nunquam illū mentitum fuisse, credite ergo
*7. Ex Patre
eterno.*
 illi, sed & pater ipsius olim dixerat, *Et ego pri-*
mogenitum ponam illum ex celum præ regib. ter- *Psa. 88. 28.*
ra. Expectate parum videbitis rem ita futu-
ram. Quare pontifices hunc regē tum à pa-
tre promissum, tum à patriarchis, à prophe-
tis, à regibus pro hoc ipso tempore prænun-
ciatum; tum à gente sua agnitiū, tū deniq; ab *8. Ex Pilate.*
Ethnico p̄side clamāte, ECCE REX VESTER; *10. promul-*
pmulgatū: Suscipite tādē, suscipite & prege gante.
agnoscite quæso. Nō suscipimus inquiūt, nō Negat for-
agnoscimus, REGEM NON HABEMVS. O gens *11.22.*
infelix & nequam, semper Deo tuo in facie *Rebelles*
restitisti, quando noluit tibi dare regē ture *sé per Deo.*
gem à Samuele propheta exigebas dicens.
Constitute nobis regem, agitè id ferente & Samu-
eli loquente Deo: Non te abiecerunt, sed me ne *1. Reg. 8. 5.*
regnem super eos. Nunc vero quando dat tibi *Ibid. 9. 7.*
Deus regē mansuetissimū, sapiētissimū, po-
tentiss., leges suauissimas tibi dantē, populū
tuū in deserto pascentē, egros tuos curātem, *Matt. 4. 12.*
tributa nulla exigētē, deniq; vt oīa vno verbo *18.*
cōlectar, filiū suū dilectū in quo sibi bene
cōplacuit: tu clamas, tu vociferaris: nolumus *Luc. 19. 14.*
hūc regnare super nos. REGEM NON HABEMVS

NISI

1170 PASS. DOM. N. IESV CHRISTI.

NISI CÆSAREM. Reprobas Dei filium,
& accipis Idololatram, atque vltro te ipsius
subdis imperio. Senties postmodum gens
misera & deplorata quæ à sæculo confregisti
iugum, quid elegeris.

*Elegunt ido
lolatram
suo malo.*
*Quatuor
vera causa
reiecti Christi
sæ à Iudæis.*
Sap. 2.

At vulnusne scire dilectissimi veras causas
propter quas Judæi repudiarunt filium Dei,
abnegarunt regem suum ante faciem Pilati,
& suscepérunt Cæsarem Idololatram filium
diaboli? Multæ sanæ sunt & variæ, quas Chri-
stus Jesus in suis parabolis insinuat: nos bre-
uitatis causa, ad quatuor eas reducemos; qua-
rum una quidem à Pilato, alias ex ore ipso-
rum: tum in Euangelio, tum apud sapien-
tē, vbi hæc ex professo tractantur habemus.
Et vero ex illis quas Pilato dederunt nulla
fuit seria, præter ultimam. QVIA FILIVM
DEI SE FECIT: cuius etiam sapiens bis
meminit iisdem pene verbis. Sed & ista si-
rem bene perpendamus, error potius quam
ratio fuit. Nempe quia Jesum pro filio Dei
nolebant agnoscere. Error autem iste ex
quatuor capitibus procedebat. Primo ex in-
uidia nota Pilato, SCIEBAT ENIM
QVOD PER INVIDIAM TRADIDIS-

1. Inuidia:
*2. Amor re-
rum tempo-
ralium.*
Ioan. 15. 4.

SENT EVM, ait Euangelium. Secundo
ex metu amittendi bona temporalia. Id e-
nim in primo suo concilio testantur dicen-
tes, SI DIMITTIMVS EVM SIC, OM-
NES CREDENT IN EVM, ET VE-
NIENT

NIENT ROMANI, ET TOLLENT
NOSTRVM LOCVM ET GENTEM.

Tertio ob malam vitam eorum, quam co- ^{3. Vitane-}
piosè sapiens prosequitur & persequitur, tu ^{quam.}
Epicuream opinionem de mortalitate ani-
ma, quam Sadducæi (ex quibus summi Sa- ^{Mat. 22.28}
cerdotes aliquando eligebantur) tenebant:
tum luxurias, rapinas, ambitiones & auari-
tias ipsorum describens: quæ omnia quia
Christus in iis reprehendebat concludunt
contra illum dicentes, Circumueniamus ergo ^{Sap. 2.12.}
iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius
est operibus nostris, & improperat nobis peccata
legis, &c. ac tandem. Morte, inquiunt, tur- ^{Ibid. 5.20.}
piissima condemnemus eum: quod ecce nunc
faciunt: Morte enim in cruce suscepta, nul-
la mors fuit vñquam magis infamis. Deni-
que proueniebat hoc ex malitia, Nam sub- ^{4. Malitia.}
iungit ibidem. Excecauit enim illos malitia
eorum. Itæ sunt genuinæ causæ, cur clamante
Pilato. ECCE REX VESTER: illi re-
spoderunt. REGEM NON HABEMVS:
tantumque tum clamoribus, tum pertina-
cia, tum consiliis suis, & maximè verbis illis,
SI HVNC DIMITTIS, NON ES AML-
CVS CÆSARIS, effecerunt, ut Pilatus da-
to per lotionem manuum ultimo innocen-
ti Christi testimonio, JESVM TRADE-
RET VOLVNTATI EORVM: quem
Judæi per milites & lictores eiusdem Pilati
imma-

immaniter arripuerunt, arreptum, crucem
ferre vsque ad ipsum pene deliquium coe-
gerunt, & ad montem Caluariæ adductum,
vestibus spoliarunt ac ignominiosè nudum
toti populo spectandum proposuerunt, nu-
dum cruci crudeliter affixerunt, crudelius
eleuarunt, crudelissimè mouentes capita sua
blasphemarunt: actandem interemerunt:
apposito titulo, JESVS NAZARENVS
REX JVDAORVM.

*II. PARS,
ECCE
REX VE-
STER
CHRI-
STIANI?*

*Suscipitur
verbis.*

*Repudia-
tur ab im-
piis factis.*

Quid ergo ô Christiani (ad vos enim
meum iam conuertam sermonem,) Quid
inquam hunc Jesum, hunc filium Dei, hunc
à Patriarchis, Prophetis, Regibus, à Pa-
tre æterno , nec non à Judæis & Ethniciis,
hodie vero à Pilato præside regem declara-
tum, Regioque titulo tribus linguis in ta-
bula insculpto, insignitum, absque regno
monere permittemus ? Repudiarunt &
abnegarunt eum Judæi, ad quos primario
venerat, sed & gentiles cruci illum affixe-
runt. Nos vero quid ? Nonne suscipie-
mus illum , & regnare super nos faciemus
illum ? totosque nos submittemus illi ? Su-
scipimus inquit, imo iam pridem suscep-
imus illique nos in baptismo submisimus,
nec quenquam alium in animabus nostris
præter illum regnare volumus. Credo
prius , at credamne posterius ? Dubito:
imo non dubito , sed simpliciter non cre-
do. cum

do, cum alios, tum illos qui per Sacra-
mentum Pœnitentiaæ, nequum peccata sua elue-
runt, nec eluendi ea hoc sacro Paschali tem-
pore animū habent, Christum Jesum super
se regnante habere. At Christiani sumus
inquis Noui vos si Catholici estis per fidem
adhærescere Christo, sed quia id etiam non
melatet, quod fides sine operibus est mortua,^{Iac. 2.26.}
quomodo credam Iesum regem vestrum
esse, cum sciam eum non nisi in viuis pro-
priè regnare? An ignoratis Christiani, Chri-
stic regnum non esse DE HOC MVN-
DO: proinde in anima præcipue, & in
corde situm esse? Quod si cor vestrum rex
Christo contrarius possidet, quomodo ip-
se quæso Jesus regnabit in vobis? duos e-
nim tales reges cor humanum nullo modo
capere potest. Dubitatisne, si ciusmodi e-
stis quales descripsi, diabolum in corde ve-
stro regnare? At hoc extra controuersi-
am est. A quo enim quis superatus est, huius
& seruus est, inquit Princeps Apostolorum
Petrus. Alter vero clamat, Non regnet pecca-
tum in vestro mortali corpore. Tertius autem
inquit, Qui facit peccatum ex diabolo est. De-
niq; ipse Christus ad Iudeos, vos ex patre dia-
bolo estis, nempe propter peccata. Cum ergo
consentiendo in peccatum à Sathanæ supe-
ratus fueris, tu seruus ipsius, ille vero rex tu-
us erit: Similiter quoniam in corpore tuo
regnat

Obiectio
soluitur.

In impiis
regnare dia-
bolum pro-
batur esse
denter.
2. Pet. 2. 19.
Rom. 6. 12.
1. Ioan. 3. 8.

Ioan. 8. 44.

regnat peccatum, ex diabolo certè, teste Christo, & Joan. sis necessè est. Quid evidenterius?

Causa reie-
cti Christi
eadem quo-
n in Iudeas.

Quod si requiras quidnā causæ sit, quod in te non regnet Christus, regnet vero hostis Christi, non aliam reperties, quam vnam ex illis, quas habebant Iudei. Quapropter sicut illi propter ingratitudinem suam, & à Deo reiekti, & grauiter puniti fuere, punienturque in æternum: ita ne idem tibi eueniat perhorresce: tanto magis, quanto tua ingratitudo, qui plura à Deo accepisti beneficia, est maior quam Judæorum: quantoq; tu operibus Christi quæ hodie recolimus, es magis magisque contraries. Vis id videre? Recolamus pauca è multis. Laborarunt illi tum inuidia, tū odio implacabili erga Christum? Laboras & tu, si nō primo, quod haud rarum, certè secundo quod frequentissimū; odio videlicet maximo, erga membrum Christi, cui neque propter bonum tuum, neque propter amorem, & passionem Christi vis culpam condonare, sed paras vindictam, & ideo ad Sacra menta non vis accedere. At non ita se res habet? Quot vero sunt

*2. Odium
erga prox.*

qui propter amorem inordinatum rerum temporalium, ne videlicet cogantur iustè restituere quod iniquè per furtū, rapinas, pauperum expilationes, fraudes, usuras cæterosque iniquos contractus acquisierunt, priuant

priuant se participatione donorum, & gratiarū spiritualium? Illos autem qui propter Epicuream vitam suam, fomenta libidinū, quæ domi alunt, commissationes & ebrietates, quibus perpetuo vacant, ambitiones indeque pessimas artes, simoniae si Ecclesiastici, corruptionis iudicū si seculares sunt, cæteraq; his similia, nec non rancorem, contra illos qui eis bene volunt, & à peccatis abducere conantur, istos inquam, qui hoc nomine, aut à sacris istis pignoribus se abstrahunt, aut ad damnationem sibi ea capiunt, animum scirum non habentes ab iis abstinenti, quis enumerabit? Denique malitia & obfirmatio in his aliisque eiusmodi sceleribus, quot & quā magnos inuidit, prosternit, sacerdoteque adeo facit, ut tot, tanta, & talia media ac remedia ad salutem necessaria, quæ hoc præsertim tempore exponuntur, ne aspicere quidem velint? Hinc ille istorum inter alias sunt voces. Non possum id facere; non possum ab ipsis abstinere. At hoc mē. Vox mendacium, & quasi blasphemia est: Non minor quam si dicat quis, non potuisse, aut Judam

Vox mendacium, & quasi blasphemia est: Non minor quam si dicat quis, non potuisse, aut Judam

phema.

NOTA.

Iscarioten non tradere, aut Judæos, & Pilatum non crucifigere Christum Jesum. Non nisi Catholicus es, pro putido id reputares mendacio, & blasphemia, quæ causam sui peccati coniicit in Deum? Idem igitur de te ipso sentias velim, sicut enim illi olim, ita

Fff &

& tu nunc liberrimus es. Etenim quemadmodum in opinionibus nemo potest cogi ut sentiat, quod non sentit: ita in electionibus, nemo adigi potest, ut velit quod non vult. Pari enim hæc passu currunt.

*Quomodo
imp̄ensten-
tes sint con-
tra iū paf-
fions Christi.*

NOTA.

*1. In horto
sudorem ei
elicendo.*

*2. Apud
Capham.*

*Christum
ligando. &
affigendo.*

Porro ut & iniquitas tua, & imperium Satanæ super te, clariora euant, percurramus iterum, sacram historiam hodiernam, & ex singulis eius capitibus singula saltem exempla, quomodo tu contrarius sis Christo hauriamus. Est Christus Jesus in horto in summis animi angoribus, qui sudorem sanguineum acerbum sanè excutiunt: es tu in perpetuis animi letitiis quas procuras usque ad dulcem tibi sudorem, quem ex saltationibus, choreis, cursitationibus quoque ad decipiendum proximum, ac alia scelera patranda contrahis. Quibus quid aliud facis, quam denuo sudore sanguineum Christo quantū in te est elicis? quodq; peius est, ne talia omittas, omittis conuerti ad Dominum. Dicitur deinde Jesus ligatus ad Capham summum Pontificem, ibiq; grauiter affigitur ac pugnis, aliisq; ignominiosis tota nocte patientissimus oneratur. Tu itidem ligas illum denuo funibus peccatorum tuorum, quorum te non penitit, tu non affigli propter Christū, sed affligere vis Christum, quod sit cū adeo honoris tui es tenax, ut si quis vel in minimo eum læserit, ita exande-

eandescas, vt & odium implacabile contra-
has, & vindictam pares, & ne ab ea abstrah-
ris, abstrahas te a Sacramentis.

MANE FACTO sicutur Jesus magno
CONCILIO impiorum, vbi conclamat3. In Sena
drim, Reunio
mortis pro
clamando.
ab omnibus, REVS EST MORTIS.
O utinam tu quoque idem non dicas aut
sentias. Absit inquistantum scelus a me. Ab-
sist sane. At si intimos conscientiae tuæ sinus
quos nouit Deus, diligenter excusseris, ve-
reor ne pro absit, adsit reperias. Quid ita?
Audi & esce. Quero enim ex Judæis, quid-
nam ad dandum tam nefarium decretum il-
los impulerit? Et respondebunt mihi verbis
in scriptura expressis, quia contrarius est ope-
ribus nostris, ideo REVS EST MOR-
TIS. Morte enim intercedente, & ipse non
erit amplius, & nos liberè vacabimus operib.
nostris, nemine veritatem dicente, nemine
nos impediente. Quot sunt priò dolor inter
Christianos qui idem vellent? Vellent in-
quam, vt non sit Christus Jesus, qui illos iu-
dicare debet, vt non sint præcones Christi,
qui illis dicant veritatem, vt non sit denique
ipse Deus, qui vel vindicet, vel impedit o-
pera illorum nequam. Nonne id conceptis
etiam verbis testantur, illi qui vellent & op-
tant, vt in æternū hic in mundo in spurca vi-
ta sua viuere queant? Quot vero sint qui id
in corde tecum habent ipse nouit quē latet

Fff. 2 nihil.

nihil. Tu qui pœnitere non vis, vide ne ex eorum sis numero,

*4. In pre-
torio.*

(Datur do-
cina pro-
cur. & iudicibus.)

*Tripli-
citer
Christo re-
fissendo.*

*Psal. 68. 8.
Ibid. v. 20.*

*Nec erube-
scendo.
NOTA.*

Ier. 3. 3.

ADDVCNT POSTHÆC JESVM IN PRÆTORIVM, & tradunt PONTIO PILATO, vbi prætero doctrinam datam tum procuratoribus: tum iudicibus, vt illi quidem pupillos, viduas, & desolatos gratis defendant, (vt Pilatus fecit Christo) eaque ratione, per opera misericordia, statui suo satis periculo ferant opem aliquam: hi vero munera repudient, innocentes etipere ex manu nocentium studeant, ne tam hi, quam illi à Pilato, suo condemnentur modo: hæc inquam omitto. Ad nostrum propositum tria tango breuissimè. Hic Christus Jesus, Primum à militibus denudatus in sua carne virginæ plurimum erubuit impletum que est in eo quod Dau. in persona ipsius inquit. Quoniam propter te suslinui opprobrium, operuit confusio faciem meam; & iterum. Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reverentiam meam. Voluit enim Jesus hanc quoq; validam passionem in se suscipere, vt te erubescere doceret. Sed lecus euenit. Nam frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisisti erubescere, inquit Propheta, de te tuique similibus: qui non solum non erubescitis, sed etiam publicè gloriamini de peccatis vestris, neque tamen ad aurem priuatim sacerdoti ea confiteri vultis. Quia insipientia quid potest

test esse stultius? Ibidem Christus Dominus flagellis laceratur per omnia sui corporis membra: tu è contrario omnem das operam, vt nullum tui corporis membrum sua careat voluptate. Deniq; ibi Christus pungentibus coronatur spinis: tu illud tuorum antecessorum ingeminas. *Coronemus nos ro-* Sap. 2.8.
sis antequam marcescant. Et multa alia patras, his peiora.

PILATVS exinde REMISIT JESVM
 AD HERODEM, Quid ibi Christus Do-
 minus? Curioso inquisitori verbum non re-
 spondet ullum, at efficit ut fiant amici HE-
 RODES ET PILATVS IN ILLA
 DIE, qui ANTEA INIMICI ERANT
 AD INVICEM. Quis enim Christianorum
 negabit id opera Christi factum esse? saltem
 occasionem hanc fuisse pacis, nec Judæus
 negare audebit. Tu vero obstinatè, quam e-
 gregiè hic Christum imitaris? Diabolum
 potius cuius opus est discordias ferere, quod
 & tibi est familiare, tanquam instrumento
 diaboli primario. Ut interim taceam linguā
 aureisque tuas impio, curioso, procaci aper-
 tas: pio vero, deuoto bona & utilia narranti,
 vel suadenti clausas penitus esse. O via vitaq;
 peruersa?

Vltimum historiæ hodiernæ caput exor- 6. In mente
diū sumit ab illis verbis. ET BAIVLANS autem Cal-
SIBI CRVCEM, EXIVIT IN EVM uaria mul-
Fff 3 QVI tu modus.

QVI DICITVR CALVARIÆ LOCVM, vbi multa nimis ad nostrum propositum nobis porrigitur argumenta. Christus baiulat sibi crucē, istis nihil magis abominandum, quam crucis baiulatio. Christus pro salute illorum fel, & acetum degustat: isti in detrimentum salutis propriæ, & in contemptum Jesu vino aliquo potu preioso usque ad ebrietatem se ingurgitant. Christum blasphemant Judæi in cruce pendentes, J esum blasphemant Christiani in cœlo residentes. O execranda impietas.

Verum his & aliis omisis: Tria tantummodo illa verba considero. ET CRUCIFI XERVNT EVM. Hoc agunt omnes peccatores impenitentes. Prô horrendum nefas. Judæos & Ethnicos inimicos Christi id fecisse non adeo mirum: at amicos crucifixi, qui ipsius se insigniunt & signo, & nomine, id agere quis non demiretur? Porro ita se rem habere testatur Spiritus sanctus (quo testis nullus maior) sic per Apostolum de iis, qui post baptismata in peccata prolapsi sunt loquens, Rursum crucifigentes sibi meti ipsi filium Dei, & ostentui habentes. Et alibi: Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est. & spiritui gratiae contumeliam fecerit? Auditis, intelligitis, perhorre-

Denique
Christum
crucifixi
Ego eis san
guinem pol
tuendo,

Teste D.
Paulo.

Heb. 6.6.

Heb. 10.29.

Extremum
scelerum.

horrescitis, ô peccatores obstinati, qui nec dum confessi estis, nec confiteri hoc sacro tempore cogitatis? Vos quantum in vobis est rursus crucifigere filium Dei, vos ostentui illum habere, vos conculcare sanguinem Jesu, vos polluere testamentum eius, vos inferre contumeliam Spiritui sancto? Non obstupescitis ad tot in uno peccato mortifero, in uno malo mala? Quot vero erunt in homine illo, qui & multa talia habet, & agere pœnitentiam refusat?

At inquis (quod & alias dum hæc proferrem dixisti) solatur me & spem dat latro iste, quem hic in extremis positum miseri ordinam consecutum video. Sed me non solatur hæc tua præsumptio, stultitia, cecitas, & nequitia, quæ quatuor nō spei, sed despirationis sunt fundamēta. Præsumptuosus es dum vnum, qui in tota scriptura reperitur in exemplum trabis, tibiique similia promittis cum de multis contrarium tibi constet. Quot enim vel legisti, vel audiisti, vel vidisti, qui eadem sibi pollicebantur, & absque pœnitentia decesserunt? Stultitia vero, tum ex eodem, tum ex multis aliis capitibus appetit. Quid enim stultius illo, qui in biuio positus viam securam, & ab omnibus, & ipsomet approbatam relinquit, incertam vero amplectitur? Cecitas ve-

NOTA.
Quomodo
occurritur
obiectionis è
latrone.

Hac enim
est.

1. Præsum-
ptuosa.

2. Stulta.

A simile.

3. Cœca.

Fff 4 ro, quæ

ro, quæ maior quam uno exemplo seipsum palpare, & alia quæ ibidem visuntur ne intueri quidem velle? Conuerte miser oculos, tum in sinistrum latronem, quid cum ipso agatur: tum in Judam, seram, & minime veram pœnitentiam agentem, & expauesce ne idem tibi eueniat, cum magnam ad id habet
¶ Malicio- as dispositionem. Quid ita? Quia & falsum
ſt. dicis, & nequiter agis. Falso inquis te latronem imitari velle, magna enim est inter te, & latronem istum differēta. De latrone enim non legimus, illum gratiam sibi à Christo oblatam repudiasse, quod tu nunc facis, & forte si idē quod tu latro fecisset, talem gratiā in extremis non inuenisset. Audis? Cum Deo vero iniquè te geris. Quid enim nequius, quā illum in quo sperare te dicis, voluntarie peccatis offendere velle? Vide ergo an non desperationis potius, quam spei hæ sint bases, & fomenta.

III PARS Dicis, ad desperationem igitur me inducēs. Non ego ô amice, sed tu ipse te eo impelliſ. Ego vero non ad desperationem, sed ad *AD CON-* timorem vos adduco, sed ad tristitiam quæ se-
TRITIO. *NEM.* cundum Deum est, sed ad sollicititudinem de fa-
2:Cor.7.8. lute vestra, sed ad indignationem contra peccata com-
PRIMVM vobis à vobis, sed ad pœnitentiam, sed ad de-
D. Paul, siderium emendandi vitam, & progrediendi in spiritu. Ad hæc inquam ego vos, cum A-
 postolo

postolo Paulo (vbi hæc vniuersa laudata inuenietis) hortor, adigo, impello. Utque id commodius præstare queatis, en alia adiungo media, præsertim ad incutiendum vobis timorem qui principium est & sapientiæ, & pœnitentiæ. Accipite aliquot ex multis quæ historia hodierna nobis subministrare posset. Sit primum & primarium nempe illud Christi ad mulieres dictum quod hoc reiecimus. **FILIÆ HIERVS ALEM NO-**
LITE FLERE SVPER ME, SED SV-
PER VOS IPSAS FLETE, ET SV-
PER FILIOS VESTROS. Quid hic facit Christus? prohibet, tum flere illa quæ plerumq; homines præsertim mulieres flere priora. solent, tum modum quo id faciunt: iubet autem eas flere ea, quæ fletu sunt dignissima, & propter quæ fletus est constitutus. Quid enim flent cum primis homines? Restemporaneas, quas aut amiserunt, aut amisuros se vident. Tale quid etiam hic agebatur. Nam mulieres istæ Flebat Jesum, tanquam nunquam redditurum; nec flebant modo, sed & LAMENTABANTVR EVM; utrumque ergo Christus reprehendit simul que docet, quid & eas, & nos serio flere oporteat, nempe peccata, quæ nō solum istorum, sed etiam æternorum malorum, & peccatum causa sunt. Ideo ait, SVPER VOS IPSAS FLETE, vidit enim fortè aliquas

SECVN-
DVM ex
Verbis Chri-
sti.

Deflenda
peccatas

Fff 5 carum

carum infideles esse quæ tamen ex teneritudine animi ut mulierum est consuetudo, flebant. ET SVPER FILIOS VESTROS oneratos peccatis inquit flete, Et addit duplē comminationem. Alteram de extremo iudicio, quam explicuimus in prima concione. Non est ergo quod actum agamus. Alteram maxima consideratione dignam. Nescio enim an aliquid terribilis in scriptura reperiatur, contra illos qui parui peccata astimant : hisce verbis Christi, QVIASI IN VIRIDI LIGNO HÆC FACIVNT, IN ARIDO QVID FIET ? vbi per viride lignum, seipsum : per aridum, peccatores intelligit. Itaq; sensus est. Si in me qui & viridis sum gratia diuina, & non mea, sed aliena peccata porto, videtis exerceri talia tormenta ut ea ratione fiat diuinæ iustitiæ satis : quæ & quanta putatis passuros, qui & aridi nihil in se diuinæ gratiæ habentes, & pleni sunt proprijs sceleribus? Talia sane sustinebunt, quæ cum his ne comparari quidem poterunt: tum in magnitudine & varietate, tum in perdurance. Ista enim pœnæ temporales, illæ æternæ sunt. Videturq; id à Christo proverbialiter dictum. Sicut enim cum viride lignum in ignem injicitur, patitur quidem non tamen tam facile flamas

*Explican-
tur posteri-
ora.*

NOTA.

*Terror ter-
rificus.*

affinis.

mas concipit, vt aridum, cuius proprium est ingens statim incendium excitare: Ita sit cum aut sancti virides; in primis autem viridissimus sanctus sanctorum, aut peccatores aridi patiuntur vel patientur. Audis hæc peccator? audis titio de igne per baptismum erepte, qui te iterum per peccata & scelera, ad ignes æternos præparas, nec de ijs vis pœnitere? Considera quæsio paulisper, si hæc quæ cum Christo acta audis & credis cras tibi omnia ad vnguem obuentura certo scires: quid faceres? Num voluptatibus & delicijs vacares? num cum inimico de lana caprina contenderes? Num de diuitijs & honore tuo sollicitus es? Non arbitror equidem. Quomodo ergo nunc adeo es securus, qui si Christianus es certo nosti talia quæ cum pœnis Christi ut dixi, ne comparari quidem possunt, & qualia nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, certissimo tibi breui, cras, & forte *Luc. 12. 20.* etiam hac nocte, ut illi alteri in Euangeliō scis obuentura?

Hæc igitur contemplare & ne tibi contingant fatigæ. Adde & alia his non absimili. *VM Ex bia-*
lia. Eiusmodi est quod Christo DABANT *bitione pœfæ*
BIBERE MYRRHATVM VINVM *simea.*
CVM FELLE MIXTVM, ET CVM
GVSTARET NOLVIT BIBERE. Tales
sunt

*Differentia
interiorum
& impiorum
panes.*

sunt tribulationes mundi huius, amarum qui dem & acerbæ, attamen & mixta cum vino myrrato, quod præstantissimum vini genus fuisse traditur, & gustantur tantum, nō diu enim durant. Quid enim diuturnum respettu æternitatis? Ad vero quæ tibi nisi resipueris parantur tormenta, & cum nulla penitus penitusque consolatione coniuncta erunt, & durabunt, quamdiu durabit Deus, in æternum & in sæculum sæculi. Potionem istam describit Moyses dicens. *Fel draconum vinum eorum.* Vides quam amarum sit, non enim cuius selli, sed omnium amarissimo & fetidissimo comparatur: & quam purum, vel impurum potius sit? Ipsum enim vinum, fel est totum. Virumque vero, id est, tam huius quam illius sæculi pœnas expressit semiuersicolo David dicens; *Et inclinavit ex hoc in hoc, verumtamen fex eius non est exinanita bibent omnes peccatores terræ.* Illud igitur mixtum ex hoc in hoc, nempe ex consolationibus & tribulationibus, bibunt sancti: meram vero fecem bibent peccatores, & bibent sine fine. Tu vide quid eligas.

*QVAR-
TVM en-
priuatione
etiam finis
temporalis:
Exempla.*

Sed & illud notatu sanè dignum est quomodo omnes isti qui in necem Christi consenserunt, non solum æternas pœnas, de quibus hucusque locuti sumus; sed & temporales incurserunt. Quodque mirandum magis, etiam ipso propter quem id patratur fine,

fine, nō solum frustrati sunt, sed etiam quod
timebat euenit illis. Ita Judas volens esse di- ^{1. Iude.}
ues ex venditione Christi, vna die & pecu-
niam illam, & vitam & animam perdidit. Ita
Caiphas & ceteri Judæi rimentes ne veni- ^{2. Caipha}
rent Romani, & tollerent locum eorum, & ^{& Indiorū}
gentem si non occideretur Christus, hac ipsa ^{Ioan. 15.4.}
de causa omnia hæc experti sunt. Ita Pilatus ^{3. Pilati.}
perdens Jesum ne perderet gratiam Cæsaris,
& hanc & vitam nefandè perdidit. Nam quod
stupendum sanè est, omnes hi tres manu- ^{Omnis sc-}
violentia ipso sibi vitam ademerunt. De Juda ^{ipso sibi-}
habemus in Euangelio, & in Actis Aposto- ^{darunt.}
lorum. De Caipha testatur Clemens Roma- ^{Act. 1.18.}
nus. De Pilato vero Eusebius, Orosius, & ^{Clem. lib. 8.}
alij. Id ipsum frequentissime euenire aliis sce- ^{const. cap. 1.}
leratis vel repudiantibus, vel differentibus
penitentiam, tum ex historiis, tum experi- ^{Oros. lib. 7.}
entia innumeris constat exemplis. Quot e- ^{Idem si ple-}
nim sunt hominum millia, qui delicate vi- ^{rung, im-}
uentes, aut à foedis morbis corrosi, aut su- ^{penitentib.}
bitanea morte occupati, miseram hanc vi-
tam in miseriorem commutarunt? Quot
ingentes thesauros colligentes, aut ipsi aut
liberti nepotes eorum summa in egestate
hinc decesserunt? Quot qui aut aliis necem
machinantes ipsi cam incurserunt, aut am-
bitioni studentes, magna cum ignominia
mortui, scutorem post se posteris relique-
runt? Ista vero sunt tria capita, ad quæ om-
nia

1188 PASS. DOM. N. JESV CHRISTI.

nia eorum argumenta reducuntur qui pœnitentiam agere recusant. Videant, contemniant, ac tandem ad pœnitentiam redant quæso.

QVIN-
TVM Ex
D. Paul.
ab exem-
pto terribi-
lissimo.

NOTA.
NOTA.

Applicatur

Deniq; ut & ad horribilia illa ex D. Paulo dicta reuertamur, & ingratitudo nostra palam fiat omnibus. Dic fides: si videres quempiam hostes suos strictis gladijs sibi imminentes fugientem, aspiceres simul etiam alterum misericordia motum ut fugienti socio euadendi daretur locus se se pro illo inimicis opponentem, & multis confossum vulneribus occumbentem ac morientem: Paulo vero post ahimaduerteres illum ipsum, qui euaserat redeuntem, & corpus quidem socij pro se occisi conspuentem, pedibus calcantem, osteti habentem, sanguinem vero pro se fusum polluentem, & luto miscentem: fratrem autem occisi presentem, contumelia afficienter ac tandem corpus illud ad extremam ignominiam patibulo suspendentem. Quo quæso vultu tali astares spectaculo? Quo erga tam ingratum hominem effcs animo? Crediderim te si vires tibi suppeteret, in faciem eius inuolaturu. Verte iam parabolā & in te conuerte oculos tuos, videq; ne tu scelerato isto sis scelerior. Insequebatur te hostes tui capitales, diaboli inquā infernales ut mactato corpore, primum quidem animam postea vero

vero etiam corpus aeternis cruciarent incendiis: Quid factum? Opposuit se non qui quis es socijs tuis, sed ipse filius Dei Iesus Christus, & misertus tui ut tu euaderes ipse in corpore suo tales ictus, & poenas sustinuit, quales dum hodierna recoleretur historia percipisti: tandemq; sanguine suo preciosissimo pro te fuso mortem & crudelissimam & ignominiosissimam oppetiuit. Tu vero quid? Reuersus *vt canis ad vomitum* hoc ipsum *2. Pet. 2.24* corpus Christi Iesu pro te sanguine in horto perfusum, flagellis laceratum, spinis coronatum, cruci clavis affixum, ac ubiq; summa affectum ignominia. Tu tu inquam, *impiorum* quantum est ex te, haec omnia quæ recensui *ingratitudine* facis. Etenim Christum ostentui habes filium Dei concubas, sanguinem testamenti eius pollutum ducis, spiritui gratiae contumeliam facis, tandemq; rursum in temetipsa crucifigis filium Dei. Quo testc? Ipso Deo ut ex Paulo Apost. totidem fere verbis audiisti. Credisne te id agere? Certe si non credis scripturæ, Christianus non es. Si credis. Quid cogitas? quid contra tam crudellem tuam ingratitudinem tibi cordi est? Obsecro & per viscera misericordiæ Dei obtestor tandem resipiscas.

ECCE REX VESTER clamo iterum ite- *Epilogum*
rumq; advos O Christiani, ECCE REX VR- *Christum*
STER, traditus à Iudeis, crucifixus à gentili- *regem su-*
bus *scipendum* *juadet.*

bus, repudiatus ab infidelibus, ignominia
deniq; affectus ab impiis, inueniat locum
*Modos om-
nibus pra-
scribit.*

*Peccatorib.
per contri-
tionem.*

perfecti estis, per amoris compunctionem:
progredientes vos per compassionem, &
in virtutibus progressum: peccatores autem
& maxime qui needum confessi sunt, per
pœnitentiam, per peccatorum detestatio-

*Quid con-
trito?*

Psal. 50.19. & veram cordis contritionem. Quid
sibi vult inquis hæc cordis contritio? Est res

sane pro pœnitentibus per necessaria; Vnde
& David in illo suo maxime pœnitentiā re-
dolente Psalmo inquit, *Cor contritum & hu-*

miliatum tu Deus non despicies. Contritio ve-
ro hæc cordis fit, per dolorem. Nec vero

qualiscunq; dolor ad id sufficit, sed & valido
& præcipuo opus est. Quinq; enim modis
solent homines dolere de commissis pecca-
tis: Primo propter amissionem rerum tem-
poralium, ut fit quando quis propter scelus

commissum priuat bonis. Secundo ma-

gis dolet quis cum propter scelus patratu-

patitur quidpiam in corpore, incarcatur,

vritur, flagellatur, morti demiq; adiudicatur:

Tertio magis adhuc dolet vir generosus,

quando ob aliquod crimen infamia affici-

tur: Quarto dolere quis potest, propter sce-

ditatem & turpitudinem quam secum fert

quod-

*Quinque
gradus do-
lentis de pec-
catis.*

*NOTA,
& per hos
meditare
pass. Christi
& inuenies
mirabilia.*

quoduis scelus. Qui gradus doloris excellentior est cæteris, quia & intellectum & amorem virtutis sequitur. At postremus longe his omnibus est præstantior, nempe cum eo solo nomine summopere dolet, quod peccato commisso diuinam offendit bonitatem. Et in hoc vera & Christiana contritio consistit. Nempe quando quis considerans ea qua & ex Apostolo adduximus, & exemplo diduximus, non iam ob timorem gehennæ, neque propter priuationem gloria cælestis, (quamvis & hinc iuvari potest) sed propter suam ingratitudinem, quod Deum patrem eiusq; præcepta cōtempserit, quod sanguinem filij Dei conculcaverit, ipsumq; quantum in se fuit denuo cruci affixerit, quod Spiritum sanctū contumelia affecerit, quod Deum trinum & vnum, conditorem, conseruatorem, redemptorem, & benefactorem suum iniuria affecerit. Hæc inquam mente reuoluens in tantum tum peccati tum sui ipsius odium excandescit, ut corde sincero optet, vel vt nunquam natus fuisset, vel vt antequam peccatum mortiferum commisisset interierisset. Indeq; in illa Iobi prorumpat verba. Pereat dies in qua natus sum si talis & tam ingratus imo inimicus esse debui creatori & redemptori meo. Pereat & nox in qua dictū est, conceptus est homo qui talia contra Deum pa-

Ggg trare

*Quæ verā
contritio.*

*Vere con-
tritus oratio
ex Iob.*

trare debuit qualia ego patraui. Utinam
dies ille in quo primum concepi peccatum,
& peperi iniquitatem, conuersus mihi fuisset
in tenebras mortis. Utinam non requirat eū
Deus de super, nec me iudicet secundum gra-
uitatem peccatorum meorum, sed secundum
multitudinem miserationum suarum. Utinam
ter. 38. 17. inuoluatur amaritudine anima mea, ut cum
sancto Rege Ezzechia dicere queā, *Recogitabo*
Colophon. *tibi omnes annos meos in amaritudine animae*
meae. Hac & his similia, tum ex eodem Iobi
loco, tum aliunde quæ Deus ijs, qui, vere &
sincero corde ad ipsum conuertuntur, mi-
rabiliter communicare solet, dicat quilibet
qui hucusq; non est confessus, & post vali-
dam istam sanctamq; contritionem, recogi-
tet omnia peccata latititia, qꝫꝫ patrauit con-
tra Deum & proximum, eaꝫꝫ ad pedes con-
fessarij projiciat, vt per sacram absolutio-
nem, si quid desit suppleri, & ex attrito con-
tritus fieri, a hoc ipso sanguine quem pol-
luit, emundari valeat, per eundem Domini-
num & regem nostrum Christum Ie-
sum cui laus, honor, gloria &
imperium, in æter-
num. Amen.

* *

OS)O(SO

CON-



CONCIO III.

Compassio.

Ecce filius tuus.

Ecce mater tua.

Ad compatiendum Christo Iesu domi- Scopus com-
no nostro pro nobis patienti mattiq; cōnīus gra-
ipius sanctissimæ, indeq; ad gratiarum acti- tūtudo &
onem pro tot & tantis in nos collatis bene- compassio.
ficijs meum & vestrum animum hac con-
cione concitare & incitare institui dilectif-
simi: Quam ad rem quo vtar exordio deli-
bero. Illud enim *O vos omnes qui transitis* Thren. 1. 2.
per viam attendite & videte si est dolor sicut *Inuictatio*
dolor meus quod olim Ieremias de excidio ad hac &
Ierosolimitano dixerat, nunc vero ecclesia
ad passionem Christi Iesu refert aptissimum
fane est: sed & illud *Iob ad reges cum ipso* Exemplum
in terra septem diebus sedentes. Miseremini amicorum
mei, miseremini mei saltem vos amici mei quia Iob.
manus domini terigit me: haud ineptum huic Iob. 2. 13.
negotio mihi esse videtur. Itaq; illo vel ad
aliud tempus vel alijs (quod & fecerunt)
relichto: hoc parumper intueamur: & tum
verba ista perpendamus: tum quid hac die

Ggg 2 nobis

nobis sit faciendum indecolligamus. Quis enim in mundo amicitor Christo esse potest quam Christiani ? Quæ vero manus

*Id vero
quinq; mo-
dis nos ma-
gis obligat.
Job. 2.15.*

grauior domini quam quæ hodie tetigit Iesum? Comisereri igitur ei debemus. Ad id vero faciendum ab ipsis amicis Iobi multis nominibus impellimur. Si enim Iobo amicos suo compassi sunt reges (Sic enim illos scriptura vocat) quid nos qui cinis & puluis sumus facere oportet creatori & redemptori nostro Iesu? Si illi compatiebantur ei quem noxiū esse putauerunt, quid nos illi quem innocentissimum esse scimus? Si illi compassi sunt amico in sterquilino sedenti, qui compatiamur nos Deo nostro in cruce pendenti? Si illi compassi sunt vlcere percusso à Sathanā, quid nos tot, talibus, & tantis tormentis, affecto ab ijs quibus nunquam benefacere cessabat? ægros eorum curando, à dæmone eos liberando, mortuos suscitando, & innumera similia beneficia eis præstando. Deniq; si illi condoluerunt ei quem manus domini tetigerat ad dandum exemplum patientiæ, quid nos facere necesse est eius respectu quem non solum hac ratione sed etiam ideo tetigit manus

*Ergo faci-
enam.
Job. 2.12.*

Dei patris, ut pro nobis nostrisq; sceleribus satisfaceret? quod & perfecit superabundanter. Quare si reges illi videntes Jobum tam afflictum, exclamantes plorauerunt ex


com-

commiseratione, faciamus & nos obsecro
idem: tum inde tum ex contritione & com-
punctione: Sciderunt illi vestimenta sua
scindamus & nos corda nostra, ut scriptura
monet. Sparserunt illi ex humilitate & do-
lore puluerem super caput suum in cælum. Mor-
tificemus & nos ac humiliemus corpora
nostra: simulq; gemitus ac alia doloris si-
gna, mittamus in cælum. Sederunt reges
cum Iob in sterquilinio decumbentes septem
diebus. Sedeamus nos quoq; obsecro cum
rege nostro Christo Iesu nunc quidem vna
vel altera hora, postea vero toto vitæ nostræ
tempore sterquilinium (vt ita dicam) id
est passionem ipsius abiectione & fætore i-
gnominiae plenum, deuote recolentes. De-
niq; audierunt illi Iobum comiserationem
ab eis potenter ac dicentem, *Miseremini mei,*
miseremini mei saltēm vos amici mei quia ma-
nus domini tetigit me: audiamus etiam nos
Iesum eadem verba è cruce ad nos profe-
rentem & tamen pro se quam pro matre sua
compassionem à nobis postulantem, & iure
suo exigentem.

Quod ut præstemus commodius iuxta
duo themata duas huius concionis partes
faciemus. Et primum quidem illud. ECCE
FILIVS TVVS Beatissimæ virginis Mariæ
matri Dei: Alterum vero ECCE MATER
TVA. nobis applicabimus, non eo quidem
PRO P. Bi.
partita.

Ggg 3 quo

*ordinis im
mutatio.* quo à Christo Iesu, plata sunt; sed eo qui no-
stro pposito seruit modo ac ratione. Christus enim primum ECCE FILIVS TVVS
parenti sua dixit, hisq; verbis dilectum sibi
discipulum Ioannem ei commendauit. Nos
vero ipsi virginis matri ut dixi illa accōmo-
dabimus & de Christo intelligemus. Se-
cundum vero, ECCE MATER TVA ad
dilectum sibi discipulum direxit, per quæ
ipse Iesus virgo existens virginem matrem
suam Ioannis virginis curæ & patrocinio
cōmisit. Nos vero verba illa genti Christi-
anæ appropriabimus: Da Christe Iesu id
ita faciamus ut & tibi & parenti tuae deuo-
te condolentes: à vobis in illa die miseri-
cordiam obtainere valeamus.



PRIMA PARS.

*ECCE FI-
LIVS TV-
VS Virgo
Maria.*

*PRIMVM
Gerbum
MVLIER.*

CVM VIDISSET ERGO IESVS pen-
dens in cruce, MATREM suam, Ma-
riam virginem: ET DISCIPULVM
STANTEM QVEM DILICEBAT: se-
ipsum intelligit qui hæc scripsit Ioannes,
DICIT MATRI SVÆ: MVLIER ECCE
FILIVS TVVS. Hæc Iesus: ego vero cum
ea qua par est reverentia inquam OMVLIE-
ER non

ER non mulier? Mulier quia sc̄emina, non
mulier quia virgo: Mulier quia filium ha-
bes, quod solent mulieres: non mulier quia
incorrupta permanes, quod non solent mu-
lieres. Mulier deniq; quia ita te vocat, fili-
us tuus Iesus, non mulier quia in sc̄emineo
pectore cor geris virile. Quid enim hic, in
monte inquam Caluariae pendente in cruce
filio tuo facis? Legimus Agar vxorem A-
brahæ cum consumpta esset aqua in vtre quam
illi Abraham pro itinere dederat abiecisse
filium suum Ismaelem subter vnam arborem
ipsamq; à longe sedisile & dixisse Non video
morientem puerum: tu vero non longe stas,
sed cruci adstas: ita vt te filius in summis
doloribus constitutus, & iam moriturus al-
loqui posset. O MVLIER nō mulier. Quid?
quod omnes discipuli (præter Ioannem)
qui & viri erant & animosi apparebāt, pro-
mittentes se cum Christo ad mortem ituros,
omnes fugerunt, omnes se absconderunt:
tu vero sequeris, tu compares! O MVLIER
non mulier. Sed quid hic agis ô virgo pu-
rissima, inter nebulones istos impurissimos?
Quid ô columba candidissima inter cornuos
istos aterrimos? nonne times ne sicut fili-
um tuum in crucem egerunt: ita saltē o-
culos tibi effodiant? O MVLIER non mu-
lier. Nolite mirari dilectissimi, amor enim
hæc omnia facit: & ex amore procedens

Ggg 4 compaf-

Mulier nō
mulier tria
placiter.

Af. et mo-
renti IE-

SV.

Non ut Ag-
gar.

Non ut di-
scipuli.

Sed intre-
pide Hinc.

I. Doctrina
offerre Deo
liberos us.
illa.

compassio. Vos vero accipite duas doctrinas tum mulieres à foemina tum viri è virili corde. Vna est ut cum videritis voluntatem Dei vestros liberos ad serviendum sibi aut religionem vocantis, ne impediatis rogo: sed offeratis eos potius: sicut beata virgo obtulit filium suum Iesum hodie Deo patri omnipotenti quia hanc fuisse ipsius voluntatem noverat. Altera est ut memores dicti illius Christi Iesu, ubi est thesaurus tuus ibi Christo eti. est & cor tuum, cogitatis virginem matrem am in ad- quia id bene à filio didicerat, illumq; plus uerbi.

Matt. 6.21

2. Absare

Christo eti.

am in ad-

uerbi.

quam illa creatura amabat voluisse etiam corpore illi astare. Amabat enim Iesum a. more tum naturali, tum morali, tum diuino summopere. Nos quoq; pro virili parte nostra imitari eam studeamus. O virgo beatissima impetra nobis hanc quoq; gratiam à filio tuo ut illi non solum in prosperis: sed etiam in tribulationibus & libenter & diligenter assistere studeamus.

*SECVN.
DVM Ver.
bum.
ECCE.
Confertur.
cum alijs
ecce.
1. Ioseph.
Ioseph 7.14.*

Secundum verbum Christi ad Mariam est breue illud sed ponderosum ECCE Quod permitte me virgo sanctissima cu m alijs ECCE quæ vel de te, vel ad te, vel à te prolata sunt conferre: vt vi geamus quæ sit inter hoc ECCE & illa: tum conuenientia tum discrepantia. Audio itaq; olim prophetam de te dicentem: ECCE virgo concipiet Audio & Angelum eadem ad te reperten tem

ter
Se
ple
nū
de
ar
&
te
ita
vo
sici
te i
qua
nos
tin
CE
co
tu
cun
EC
olit
tuor
tum
dol
V
Eliz
ECC
nera
erne
voc

tem ECCE concipies in utero & paries filium. *Luc. 1.31.*
 Sed ô quanta differentia? Illa enim ECCE *2. Gabrielis*
 plena gaudij: hodiernum vero ECCE plen-
 nū mæroris est. Sed & ex ore tuo audio ibi-
 dem ad Angelum ECCE *Ancilla domini si-*
at mihi secundum verbum tuum. Pulchrum
& sapientissimum ecce, ex quo colligo idem
Ibidem 38.
3. ipsius B.
V.
Conueni-
entia inde-
que doctri-
na.
 te hodie dixisse patri æterno: & sicut tunc
 ita etiam nunc submisissæ voluntatem tuam
 voluntati diuinæ, O diuinum ecce. Utinam
 sicut valemus ita velimus, illud te impetrant-
 te imitari: neq; velimus unquam quic-
 quam aliud quod scimus velle Deum
 nos velle. Cæterum quo ad rem ipsam at-
 tinet video magnum inter hoc & illud EC-
 CE discriben. Illud enim tuum ecce illi
 co subsecuta est verbi incarnatio in vtero *Differen-*
tia.
 tuo, quod postea & cum lætitia peperisti &
 cum iubilo enatriuisti. At dum hodiernum
 ECCE à filio tuo diceretur, video illum qui
 olim cū exultatione concipiebatur in vtero
 tuo: hodie extrema cum tristitia cum sua
 tum tua in cruce soluere peccata mea. O
 dolor O compassio.

Verum & aliud ECCE quod in domo *ECCE.*
 Elizabetæ cognatæ tuæ protulisti dicens. *Luc. 1.48.*
 ECCE enim ex hoc beatam me dicent omnes ge- *4. disserit*
*nerationes. O quam diuersum est ab hodi-*cuidem B.**

verno ECCE? in quo videntur te miseram
 vocare tum ludati tum Ethnici in quibus
 Ggg 5 tunc

tunc comprehendebantur omnes generationes. O quam vere potuisti tunc dicere illud progenitricis tuæ cognatæ Obed, aui

Ruth. 1,20.

Dauid. Ne vocetis me Noemi (*id est pulchram*) sed vocate me Maria (*id est amaram*) quia amaritudine valde repleuit me omnipotens. Quis enim filio tuo excepto, vñquam maiorem habuit animæ amaritudinē, quam eam quā tu sensisti hodie? Itaq; si Noëmi repleuerat amaritudine valde Omnipotens, quia abstulerat illi filios, qui & homines tantum, & morte naturali mortui erant: quanto maiori amaritudine repleuit te idem Omnipotens,

quando videbas filium tuum eundemque filium Dei pendentem in patibulo? O dolor, ô compassio. Quid vero dicam de Ec-

sēnōs simile. ce senis Simeonis prædicentis de filio tuo,

Luc. 2,34.

Ecce positus est hic in ruinam? Dicam hoc ecce hodie maxime completum fuisse. Subdit enim Simeon, & in signum cui contradicetur, & tuam ipsius animā (te alloquitur, ô virgo) pertransibit gladius. Quæ enim maior fuit ruina quam ista? quæ contradic̄tio horribilior quam ista? quis gladius acutior non corpus, sed iuxta hanc prophetiam animam tuā penetratis, quam iste? O quanto libentius suscep̄tis gladium materialem penetrantem

*& iterum
B.V. & si-
mile & dis-
simile.*

Ibid. 3,48.

cor tuum: quam gladium istum affligentem animam tuam. Deniq; multis omissis illud tuum, Ecce pater tuus, & ego dolētes quareba-

mus

mus te, habet quidem ratione doloris cuius meminit, aliquam similitudinem cum hodierno ecce: at longè maiorem dissimilitudinem. Ibi enim quem cum dolore quæsiuisti cum lætitia congratulantibus tibi doctoribus de tali filio inuenisti: at hodie vndique dolor, vndiq; angustiæ, quia quæcum mœrore quæsiuisti cum cruciatus, & in cruciatis reperiisti. Quando vel in quo loco necimus. Illud scimus te, & multum doluisse, & sub cruce fuisse, ubi consolatio nulla, acer- rima vero acerbitas vndiq; fuit. Ante Judæi sublannates, retro Apostoli fugientes, à dextris filius pendens in patibulo, à sinistris latro nequam blasphemans, supra sol lumen suum denegans, infra terra tremens, petræ scissæ, sepulchra hiantia. O horror. O com- passio.

At rogo te, ô bone Jesu, qui consolari so- mnes in angustiis, & tribulationibus con- stitutos, cur non solaris matr̄ tuam, colum- bam tuam, adeo dolentem, adeo tui causa se affligentem? Memini te cum ad Nain oppidum vidisses viduam flentem defun- ctum filium suum misericordia motum super eam, dixisse, *Noli flere*: neque satis fuit hæc dixisse, sed & filium ipsius resuscitasti, & vi- uum eidem dedisti: nunc vero ecce flat ma- ter tua dolorosa iuxta crucem lachrymosa dum tu filius suus pendes in ea paulo post mori-

TERTI-
VM Verbi
FILIVS
Apostrophe
ad Christum
& quasi
oblectio.

Luc. 7.13.
Ibid. 8.12.

moriturus. Cur ergo ô pie, eius non leuas dolorem? Audio quidem te dicentem illi MVLIER, ECCE FILIVS TVVS: Sed non intelligo, quale hoc sit solatum: nempe accipere pro Jesu Joannem, pro magistro discipulum, pro Deo hominem. In qualis sanè commutatio, propterea etiam non videtur solida consolatio. Cur quæso ô benignissime JESV, saltem non ablegasisti illam per hoc triduum alio, ut non vidisset tuam passionem, proinde non sensisset tantum dolorem, tantamque amaritudinem: quantam nullus vñquam hominum præter eam sensit. Nam duplii in primis è fonte manare dolorem video. Primum ex amore qui quo est ardentior eo dolor inde profluens est intensior. Hoc docet experientia hoc scriptura ipsa. Ideo enim unus prophetarum inquit, luctum vñgeniti fac tibi plancium amarum: alter vero plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ, quia dolor matris pro filio vñgenito: & sponsæ protali sposo est validissimus. Secundo oritur & crescit dolor, ex magnitudine pœnarum quas patitur is quem amamus. Ista vero omnia hic valde concurrunt. Etenim luctus matris tuæ de te dulcis Jesu fuit luctus vñgeniti, nullum enim præter te habuit filium, vel filiam vñquam: proinde teste propheta habuit plancium amarum. Insuper

*Alia obse-
ctio.*

*Duo fontes
doloris.
1. Amor.*

*Ier. 6. 26.
Joel. 1. 8.*

*2. Gruatæ
panarum.*

*Omnia in
B. V. con-
currunt.*

super plangebat quasi virgo, virgo enim erat, & virgo purissima non agnoscens virum plus tamen te amas quam illa sponsa amavit virum suum: Quid dico? Imo affero nullum vnamquam in mundo extitisse amorem ferventiores: (tuum solum excipio) eo quo te amavit mater tua. Cur ergo eam aut non solaris, aut ita ut vidimus solaris?

Respondebit Christus Jesus, quod iam olim per prophetam dixerat. Non enim cogitationes meæ cogitationes vestræ: nec viæ vestræ via meæ. Cogitationes vestræ terrena sapientia, cogitationes meæ cœlestia petunt: viæ vestræ consolations quaerunt viæ meæ tribulationes ingerunt. Quamuis neque hic consolatio desit. Ideo enim mulierem voco ne matris nomine magis magisque viscera eius torqueantur. Ideo discipulo eam committo, ut habeat qui curam eius gerat: Ideo filium eum voco, ut dolorem eius ex afflictione mea leniam. Ideo denique præsentem illam morti meæ esse volui, tum ut plus meriti acquireret: tum ut alios ad patientiam in tribulationibus animaret: tum ut omnes scirent neminem sine illis ex hac vita ad illam requiem peruenire posse. Si enim domina princeps, cœlique regina, faciat est sub tributo, tributum videlicet huius mundi, id est dolores, afflictiones, angustias, miseri-

*Reffonsum
Christi ad
primam
objectionem.
I/a, 55, 8.*

*Ad secundam.
Thres. 1.1.
Regina sub
tributo.*

*Doctrina
pernecessa-
ria de tri-
bulationib.*

hi persoluendo: quis seruorum liberum se ab iis fore pollicebitur? O doctrinæ salutares. O diuinus tuus in nos amor, Christe Jesu. O uirinam ita hæc reuoluamus iisque vtamur ut delicati esse desinamus: Que enim doctrina tum in prosperis, tum in aduersis instructione hac excellentior dari potuit? Docemur enim ut siquidem tribulamur cōsolationem capiamus ex matre Dei, quæ quamuis sanctissima esset, doloris tamē tributum Deo Patri reddere debuit: Sin vero consolamur, ut ipsi nobis pœnas, & pœnitentias imponamus ne à tribulacionibus liberi à gloria quodque quod absit excidamus & euacuemur; quandoquidem nō *A&T.14.21.* nisi per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Sit nomen tuum Christe Jesu pro hac quoque doctrina benedictum in sœcula.

*QVAR-
tum Verbi
TVVS.
Apostrophe
ad B.V.
Luc.1.32.
Ibid. v. 35.*

Cæterum ad beatissimam Virginem reuertamur, & paucis concludamus. Ad te igitur rursum meum conuerto sermonem, O sanctissima, & non dico iam amplius mulier. Sed dico, ô mater Dei, ECCE FILIVS ille inquam filius, de quo olim ad te Angelus inquit, & filius altissimi vocabitur. Proinde & ipse altissimus filius Dei naturalis. Nec vero altissimi tantum filius, sed & TVVS: TVVS filius est. Tu enim illum superueniente in te Spiritu sancto concepisti, tu

tu virgo permanens peperisti, tu vberē de
cōcelo pleno lactasti, tu triginta penē annis *Luc. 2. 31.*
quibus tibi subditus fuit obedientem sen-
fisti: Quem postea salutaria docentem, mi-
racula facientem, mansuetē se gerentem, nō
contententem, non clamantem sed nec a-
rundinem quassatam cōfringentem nec linum *Mat. 12. 38.*
fumigans extinguentem sed omnibus bene-
facientem, aspexisti: nunc autem pro his o-
mnibus à suis Judæis actum in crucem eum
aspicis, ECCE FILIVS TVVS, qui olim
pendebat ab vberē tuo, nunc pendet in pati-
bulo meo. Et qui olim lāetus tibi obediebat
nunc tristis clamat, DEVS MEVS, DEVS
MEVS, VT QVID DERELIQVISTI *Matt. 27. 46.*
ME? Quid tibi est animi, ô mater hæc in-
tuenti? Forte dixisti illud patris tui Dauidis.
Quis mihi tribuat vt ego moriar pro te fili mi, *2. Reg. 18.*
fili mi. At non tu pro illo, sed ille pro te, & *33.*
pro toto genere humano mori debet. Nisi
enim ille mortuus fuerit, nullus in æternum
superstes erit.

Sed ad ultimum quod nunc dico tibi, O *Quomodo*
mater Dei accedo. ECCE FILIVS TVVS, *Synagoga*
inquam, sopitus non vt à te olim benigne, *sopitus tecum*
sed nunc à nouerca nequiter & crudeliter,
synagogam intelligo, quæ verè nouerca pef-
fima dici potest. Illam enim Jesus sicut ma-
trem honorauit, ipsa vero gratitudinis ergo
quid egit? Soporem induxit Iesu. *Quo-*
modo

modo? Et simili & contrario vobis, ô matres modo. Quid enim vos agitis cum filiorum vestrorum oculis somnum accersitis? Id videlicet quod omnes experti sumus. Primum lectum mollissimum adoratus, dein infantem fasciis preciosis inuolutum, tum funiculis bissinis ac corbalinis ne excidat alligatis: tum tenebras fenestris clavis inducitus, cunas præterea ut citius obdormiat agitatis, sed & cantiones nonnunquam adhibetis, post quæ tandem obdormit puer. Quæ omnia te quoque, ô Maria virgo huic filio tuo olim iuxta statum tuum fecisse, credendum est. At nunc, ô quam diuersimode id à synagoga malignatum fieri video! Quis enim hic lectus?

Psal. 40. 4. crux dura & dira: de qua olim Propheta, universum lectum eius versasti in infirmitate eius. Quæ fasciæ? nullæ: nudus enim pendit in ligno. Qui funiculi? paulo ante canabini & ferrei acerbi satis, nūc vero longè atrociores, nempe obtusi clavi, manus pedesque ne è cruce libatur transuerberantes, vel fodientes potius, ut David prædixerat, dicens, Foderunt manus meas, & pedes meos. O immane spectaculum? Quæ vero agitatio? Sæua nimis quotid in cruce, & cum cruce agitatus, & eleuatus est Christus Jesus summis cum doloribus. Quæ cantiones? Irrisiones, scommata, BLASPHEMIAE,

MIÆ, quas MOVENTES CAPI-
TA SVA scelerati illi euomebant. Deniq;
sol obscuratur & obducitur tenebrae, non à
Iudex sed à Deo, ne quid huic actui desit, ac
tandem cum clamore valido & lachrymis teste
Paulo, seu vt Marcus habet EMISSA Heb. 5.7.
VOCE MAGNA expiravit. & obdor-
miuit. te ò mater præsente, te intuente, quo
cum gemitu, singultu, dolore, & cõmisera-
tione, quis enarrabit? imo quis vel mente
capiet ipsa? Quis verò pro dignitate tibi
compatietur sicut tu filio tuo es compassa?
Nemo equidem. Quare cum id nullus no-
strum ex se facere queat, à te ego meo & to-
tius huius populi nomine, ò Virgo benig-
nissima, O mater Dei sanctissima rogo &
obsecro, vt nobis à filio tuo impetres quo
memores quomodo tu ò domina gentium Thren. 1.1.
facta es hodie sub tributo dolorū & afflīctio-
num licet nullum vaquam peccatum etiam
originale habueris, nos nos quoque qui ta-
li tributo infinitis modis obnoxii sumus, il-
lud filio tuo & fideliter & alacriter persolue-
re facias. Tributum inquam contritionis
& doloris validi, pro peccatis nostris, vt si-
mus similes ijs quæ plangunt aut vnigeni-
tos aut sponsos suos: tributum item com-
passionis vt tibi & filio tuo pro nobis pati-
enti vt par est compati studeamus: tribu-
tum obedientiarum, vt voluntatem nostram

Hhh cum

Tributum
varia quæ
debemus.

Oratio ad
illam.

Heb. 5.7.
Mar. 15.37.

Dolor inde
Dei matris.

cum voluntate Dei semper coniungam̄s.
Tributū patientiæ in omnibus tribulatiō-
nibus, vt easlati suscipiamus, sustineamus,
amemus; tributum propriæ mortificationis
vt eam incessanter cum ad bonum nostrum
tum ad laudem Iesu adhibeamus; tributum
denique mortis vt eam p̄e & sancte, subea-
mus, sanguinem etiam nostrum si ita ei vi-
sum fuerit libenter pro eo fundēdo qui ho-
die suūm diuinum pro nobis effudit libera-
lissimè.



SECUNDA PAR.

*ECCE IE-
SVS MA-
TER
TV A. o po-
pule Chri-
stiane.*

Restat ex themate alterum Christi Iesu
domini nostri ECCE è cruce editum.
ECCE MATER TVA inquit ille ad
Ioannem, loquens de matre non Ioannis
sed sua quam tamen quia tutelæ Ioannis
committebat matrem ipsius vocat, monens
tum vt veneraretur eam sicut matrem, tum
vt seruiret ei sicut matri, tum vt obsecunda-
ret illi sicut matrī. Quod et fecit Ioannes.
Nam subiungitur EXILLA HORA
ACCEPIT EAM DISCIPVLVS
IN SVA, aut bona, si quæ habebat quod
incertum: aut obsequia quæ illi toto vitæ
ipius

ipsius tempore exhibuit, quod certissimum.
Nos vero sicut in priori ita in hoc vertamus
stylum, et sicut illud, ECCE FILIUS
TVVS non de Ioanne de quo dictum fuit
a Christo, sed de ipso metu Iesu intelleximus
ita hoc ECCE MATER TVA non
Ioanni sed nobis applicemus. & per ma-
tre non virginē gloriosam sed ipsum Chri-
stum Iesum capiamus Itaque tibi o populi
Christiane dico ECCE MATER TVA
Enō frācres mei Christus Iesus est mater ve-
stra. Qui mater inquis si vir? Mater equi-
dem tum propter autoritatem qua maior
nulla, tum propter rationem qua vix po-
tentior vlla: Autoritas est ipsius Dei qui sic
per Iſaiam loquitur: *Audite me qui portami nisi a meo utero qui gestamini a mea vulva.* Quis
vero in utero portat nisi mater? Mater ergo
est Deus, mater Christus Iesus filius Dei ve-
rus Deus. Idecirco post aliquot capita in-
quit. *Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum ut non misereatur filio uteri sui?* Et silla
oblita fuerit ego tamen non obliuiscar tui. Ecce Christus
enim in manibus meis descripsite. O quam id
verum, o quam accommodatum historiæ ho-
diernæ? Aspice manus domini Iesu in qui-
bus inscripti sumus, non cete in silice quod
Iob optauit, sed clavis tanquam penna, &
sanguine velut attamento, in Iesu carne
eterna, quod diuina bonitas excogitauit:

Hhh 2 Sic

Mater no-
stra Deus,
teſte Scripto-

descripsie
nos in ma-
nibus suis.

NOTA.
Job. 19. 24.

Sit ipsa benedicta in secula. simus nos grati dilectissimi continuas illi pro tanta nobis præstata gratiæ gratiarum actiones agentes, & præcauentes ne inde deleamur : Absit, Absit.

*Materno-
stra huma-
nitas 16/14.*

*Matris offi-
ciorum tria
capita.*

*Quod pri-
marium
negligitur.
NOTA,*

*Christus
quomodo*

Et vero si mater nostra est sanctissima Trinitas, quanto magis Christi humanitas; quæ cum alias tum hodie omnia matris munia erga nos expleuit, genitrix nostra vocanda erit? Ita sanè & efficaciter & mirabiliter. Etenim matris tria sunt præcipua officiorum capita, ad quæ reliqua reducuntur, nempè parere, partum nutrire, nutritio docere & instruere. Porrò ad partum reducitur tum conceptio tum gestatio in utero, de qua audiuisti ex propheta: ad nutritionem vestitus & ornatus: ad instructionem omnia quæ ad animum excolendum pertinent. Duo priora sunt nobis cum brutis animalibus communia. Nam & animalia quævis utrumque præstant quamvis diuersimodè, ut scitis. Tertium solius hominis est proprium. At mirum sed verum atque utinam verū non esset. Homines quod hominum est proprium nempè instruere in virtutibus quos pepererunt, aut penè auct penitus negligere, priora duo peius quam bruta animalia currare. Proh pudor. Emendemus nos obsecro etiam hac in parte.

Verū ad nostra redeamus ECCE MATER

MATER TVA, ò pop. Christiane En
Christus Iesus vniuersa ista hac ipsa die exe-^{hic expla-}
quens egregie & superabundanter! demira-
re ergo, adora, compatiare: & quod caput
est obedias illi. Audi iam quomodo id ege-
rit. Primum itaq; munus est matris parere,
quod præcedit portare in utero. Id vero fe-^{Primum}
ci Christus tum secundum diuinitatem una
cum patre & Spiritu sancto ante secula: tum
secundum humanitatem toto vita sua tem-
pore. Si enim Paulus Apostolus inquit. Filio-^{Gal. 4.19.}
li mei quos iterum parturio quanto magis id
ipsi Christo competit? Parturiuit vero nos
cum longe maioribus doloribus quam pa-
rere solent matres liberos suos idque multis
nominibus nempe tum quod non semel sed
multoties nos parturiuit: tum quia diutius
doluit: tum quod omnibus corporis mem-
bris: tum quod etiam ipsa anima maximis
cum angustiis id peregerit: tum quod abs-
que omni consolatione: tum denique quia
etiam post mortem nos procreauit. Quis
vnquam non solum audiuit sed etiam cogi-
tare potuit talia? Est ergo cur & compati-
muri ei, & grati simus dilectissimi. & grati
animi significatione ista recolamus, quam
ad rem en vobis faciem præfero sacram hi-
storiam hodiernam delibando, & ea quæ
iam notaui in illa breuiter & succinè de-
monstrando.

Hhh 3

Itaque

*matris offi-
cium pare-
recum do-
lore.*

*Superauit
hic Christus
matres om-
nes sex mon-
dis.*

*¶ Parturi-
tio in horto
& b. dolor.*

*Incipit ab
anima.*

*Redundat
in corpore.*

*Nunquam
in partus
auaritia.*

Itaque primus parturiendi modus se se offert in horto qui incipit ab anima & desinit in corporis dolores intensissimos. Etenim statim ingressus in hortu profert verba illa ad Apostolos, TRISTIS EST ANIMA MEA VSQVE AD MORTEM. Auditis o puerpera, quanti dolores hanc matrem inuadunt? tanti ut sola tristitia quae in anima sensit potuisse ei afferre mortem, & attulisset nisi impedita fuisset. O dolor. O compassio. At nondum finis, imo initium plane est dolorum. Ad eum enim crescunt ista in prima secunda & tertia oratione non per paruum sanè tempus, ut in postrema redundantes in corpus, sudore illi elicerent, & sudorem non aqueum quem vos, o matres patimini, sed sanguineum nec modicum sed uberrimum. Dicitur enim, ET FACTVS

EST SUDOR EIVS SICVT GUTTAE SANGVINIS DECVRRENTIS IN TERRAM. Consolatores vero vel consolatrixes, quales vos habere soletis multas, ubi? Nemo comparet, discipuli alii dormiunt iussi vigilare: alii fugam meditantur. Adeo quidem ANGELVS DE CÆLO CONFORTANS EVM. At nescio quam ei consolationem dederit: vnum scio illum & ante & in illa AGONIA angustia & pugna corruisse in terram in faciem suam, nec fuisse qui subleuaret, O compassio. Quæ vero fuit pugna ista?

naista? Duplex ut reor, nempe tum mortis & vitæ: tum timoris & amoris. Timor congregabat sanguinem ad cor, amor à diuinitate adiutus repellebat eum à corde, talemque ciebat sudorem. Quare? quia mors interimere volebat, vita verò repugnabat. Quare? quia multo plura propter nos, & propter superabundantem amorem ac nostri parturitionem, sustinere volebat. Sit nomen eius benedictum in sæculum. Sis gratius, O Christiane ECCE enim MATER TVA, vt te pariat, iacet prostrata, facies hæret terra affixa, angustiatur, incurvatur, sudat & sudat sanguinem per totum corpus decurrentem in terram. O dolor, ô compassio.

Redit deinde ad se dominus Iesus, & surgens è terra excitat iam tertio tres illos discipulos ibidè in horto constitutos nempe PETRVM, IACOBVM, IOANNEM, & arguens eorum somnolentiam, prædicit illos iam non dormituros amplius, adesse proditorem cum militibus nuntiat, quibus obuiam progreditur eosque verbo prostrernit. Petrum percutientem arguit, Malcho autē abscissam aurem restituit, discipulos abire facit, se vero tradit voluntati impiorum & ligari tenerique stricte permittit. Hæc præludia ad secundum partum. Nam & vos mulieres puerperam parturi-

Hhh 4 entem

*Duplex pu-
gna elicet
sanguinem.
NOTA.*

*Cæsim con-
tinetur
historia.*

*2. Parturi-
tio apud tu-
dos, qua*

entem tenere fortiter consueuissis. Partu-
ritio verò ipsa fuit cum in domo Caiphæ
summi Pontificis nocte tota tum in concil-
lio Senadrin in diluculo. Dura & diuturna in
Triplex è
dolore com-
pacta fuit. qua triplices alterius generis dolores considero: videlicet in corpore, in anima, in fama. Corpus pugnis, calcibus, capillorum euulsionibus, ac variis & diuturnis percussi-
nibus à nefariis nequissimorum pontificum ministris oneratur. Anima verò Christi cum ex turpi Petri negatione, tum ex nefaria lude suspensione, quid putatis quanto compassionis dolore stringebatur? At in fama, & in honore multum hic patitur Jesus, quando alapis cæditur ad quarum primam respödet, quando facie velatur, irridetur, blasphematur, quando tanquam homo sceleratus, seductor, impostor ab omnibus gentis suæ magistratibus morti adiudicatur. Quorsum
Finis Et nos
matri si-
eniles repe-
rimus. ista? ut nos, nos inquā qui in nomine ipsius credituri eramus Deo patri pareret tales qualis ipse fuit, nempe patientes in aduersitatibus, compatientes proximis nostris de eorum lapsibus, & ignominias à Deo sive immissas sive permissas toleranter sustincentes culpasque omnibus condonantes. Itaque ECCE MATER TVA o pop. Christiane, effice igitur ut talem te patri suo & tuo pariat qualis ipsa extitit ne quod absit degener inueniaris.

Morti

Morti adiudicatus à Iudæis traditur gen-
tibus Iesu ut ipse prædixerat & primum ad ^{3. Part. ac-}
prætorium ducitur daturque PONTIO ^{Mat. 20. 19}
PILATO PRÆSIDI in manus, à quo
examinatus mittitur ad HERODEM
qui iterum illum Pilato remittit. Porro om-
nibus his in locis & itineribus patitur tum
talia qualia iam recensuimus: tum plura &
grauiora. Proinde hæc tertia matris nostræ ^{Crudelior}
parturitio multò prioribus acerbior fuit ^{cateris,}
quod cum primis in flagellatione & coro- ^{tum in fla-}
natione appetet. Ibi enim denuò toto pla- ^{gellazione.}
nè corpore & omnibus membris nos par-
turiuit mater & plusquā mater nostra Chri-
stus Iesu. Præcipitur quidem in lege Moysi
ut plagarum modus quadragenarium numerum ^{Deut. 21. 3.}
non excedat: at in te Ó Saluator teste Brigha
famula tua quinque millium excessit nu-
merum, ideo enim te tradiderunt Ethnici
ut omnem in te crudelitatem exercere pos-
sent. Neque verò sœuos illos & à Iudæis pe-
cunia corruptos carnifices prius à plagiis ces-
sasse arbitror, quam te in illa tenerima car-
ne tua, cum capitib⁹ sudoribus deliquium
pati animaduerteret. Quid verò hanc ad
rem adfertur remedij? Nostris puerperis
frigidæ aliquid aut etiam aquæ rosaceæ aut
alterius generis, excellētiōres, cum flatu iu-
cundo adhibentur: sudores verò linteis te-
nuissimis absterguntur: Tibi verò quid?
Hhh 5 Pro

*Tum in
cerunatione* Pro bisso delicatissima, corona spinea acutissima capiti imponitur, pro reliquis alapæ, pugni, spata fædissima cæteraque eiusmodi cruciatus & ignominia plena multiplicantur, & ne quid ad immanitatem desit peruetusta purpura appenditur, crassa in manus arundo baculi ad instar quales & in Italia visuntur, in manus traditur, eaque ludibrijs & doloris causa flexo poplite caput immanter feritur, ex quo nouus & delicatus cruor effluit ac facies collumque recenti sanguine irrigatur. ECCE ò anima Christiana MATER TVA, quomodo te denuò parit, quomodo dolet, quomodo toto lacerata corpore punctaque capite stat coram Pilato & toto pop, tum præ dolore, tum præ frigore omnibus tremens tæque parturiens artibus. Quis tam duro corde qui illi non compatiatur? Quis tam ingratus qui ad imitationem facti huius penas sibi aliquas inferre hodie non studeat?

*& Part. in
cruce affter-
vima,* Sed necdum finis imo asperiora succedunt. Datur enim in IESVM à Pilato mortis sententia, propterea ipse arripitur, purpura ei detrahitur, vestibus proprijs induitur, crux humeris imponitur, trahitur, protruditur: In monte Caluariæ: rursus vestibus spoliatur, cruci clavis affigitur, sanguis iterumq; profluit cum ex corpore toto, tum ex manibus pedibusq; vberime. Consolatio vero quæ? Nulla omnino, imo deso-

desolatio summa quæ illa expressit verba
 DEVS MEVS DEVS MEVS VT *Desolatio
summa.*
 QVID DERE LIQVISTI ME?

O tormentum animæ maximum. In summa
 sicut cœpit in horto ita finit in cruce sed ni
 fallor modo retrogrado. Ibi enim dolor &
 angustia animæ ita in corpus redundauit ut
 sudorem sanguineum eliceret, hic dolores
 corporis immensi animæ quoq; desolatio
 nem afferunt. Quæ causa? Eadem quæ in
 prioribus. In primis vero ut nos pareret Deo *Causa &
frustra.*
 patri perfectè imo plusquam perfectè mo
 dis & rationibus varijs, quæ contemplanda
 relinquo immensæ enim & infinita sunt. EC
 CE MATER TVA, O Christiane
 reuerere, gratus esto, imitari stude, manus
 tuas immaculatas conseruando à sceleribus,
 pedesq; prohibendo ne ambulent in via ini
 quitatis deniq; crucem post Christum fer
 endo illiq; compatiendo.

Moritur dominus IESVS & post mor
 tem adhuc parit. O stupor, Qomodo parit?
 Modo sanè cum partu mulierum & simili &
 dissimili, utrumq; iam vidisti sed magis po
 stremum, idem hic quoq; cogita. Similitu
 do est, tum quia patri nos parturit, tum quia
 cum dolore, tum quia ex sanguine. Dissimi
 litudines non repeto, postremā explicō. Par
 tū ex impuro & corrupto sanguine in utero
 matris concipi, coalescere, augeri, nutriti ac
 tandem nasci scitis. Non sic hæc MATER
 TVA

s. Part. posse

mortem.

NOTA

Similitudo

& differē

tia inter

partes.

*Testis hu-
ies partus
scriptura à
Patribus
exposita.*

*Mysterium
duorum Sa-
cramentorum.*

*Natiuitas
per baptis-
ma.*

Ephes. 5.26

TVA sed ex purissimo, præstantissimo, ac diuino suo sanguine patri æterno nos toties parturiuit. Non in vita modo sed etiâ post mortem. Mirum sed verum. Quo teste? scriptura prout illam iij quos Christus doctores ecclesiæ suæ reliquit nobis interpretatur: nempe quando VNVS MILITVM LAN- CEA LATVS EIVS, matris videlicet nostræ, A PERVIT ET CONTINVO EXIVIT SANGVIS ET AQVA. tum temporis nouam sponsam quæ omnes pios fideles complectitur ex latere noui Adami formatam esse. En natiuitas fideliū, en parturitio matris nostra etiam post mortem ex purissimo sanguine, qui miraculosè circa eorū IESV latebat. Cui sic aqua adhibita fuit ut nō miscerentur sed separatim vtrumq; duobus riuis fluaret. Quomodo enim aliter discerni potuissent? Fuit verò hoc mysterium duorum præcipuorum sacramentorum nempe Eucharistie & baptismi quo regeneramur & membra huius sponsæ efficiamur D. Paulo attestate, cùm de ecclesia inquit mun- dans eam lauacro aque in verbo vita. Quare ut hoc primum caput materni officij concludam repeto & clamo ECCE MATER TVA. O anima Christiana, aspicie illâ quæ tantis cùm doloribus te parturiuit. Sis igi- tur gratus beneficij, & dolenti condoleas ne ob ingratitudinem grauissimè puniaris.

Quid

Quid enim? Compatiuntur patienti domino omnia cœlestia & terrestria, terra contremiscit, petræ sinduntur, sepulchra aperiuntur, aer obtenebrae, sol splendidissimus nigro obducitur cilitio, ipsi deniq; *Angeli pacis* teste propheta suo modo *amare* silebant. Quid *Isa. 33.7.*
inquam solusne homo cuius causa hæc omnia acta sunt suo non condolebit creatori, & redemptori? Solusne eorū suum lapideum non conteret, sepulchrum patens peccatorum suorum coram sacerdote non aperiet, dolore mentem non findet, ieiunijs, flagellis, cilijs corpus suum non atteret, lachrymas ex oculis suis nō fundet pro quo Christus Iesvs fudit suas? Absit tanta à quoquiam nostrum ingratitudo dilectissimi, absit vero obsecro continua compassio & memoria tantorum beneficiorum Iesu quibus nos præuenit & parturiuit. Neq; vero turbet te quicquā, me dixisse pluries nos esse genitos. Id enim verissimum est. Singuli namq; quos cōmemor auimus imo & alij effusionis sanguinis actus, sufficientes erant ad nos Deo Patri progignendos, meritò igitur & propriè dicitur nos pluries genitos esse. Deniq; memores simus quælo celeberrimæ illius & valde ad hoc ultimum appositæ figuræ de Rebecca uxore Iacob quæ cum postremum suum filium pareret, Egrediente anima præ dolore vocavit eum Benoni, id est filius doloris

mei

*Cur dice-
mur mul-
tores geniti*

*Figura co-
leberrima.
Gen. 35.18.*

mei Jacob verò Patriarcha pater appellauit
eum Beniamin id est filium dexteræ. O dilectissimi
recordemur obsecro & quantis cum
doloribus parturiuerit nos hodie Christus
Iesvs & quod filij dexteræ à Deo patre nun-
cupatis simus. Ne igitur oro & obtestor pra-
uitate nostra degenerantes in sinistram nos
ipsi nequiter conijciamus sed potius ma-
trem nostram imitantes, nos quoq; & hodie
& toto vitæ nostre tempore cum dolore bo-
na opera parturire non cessemus, per quæ ad
dexteram patris & matris aliquando collo-
cari mereamur. Fiat fiat.

*SECVN-
DV. in ma-
tris munus
est parvum
nutrire.
Chrys. ho.
mil. 60. ad
pop. Antio.*

Secundum matris officium est genitum
partum nutritre & vestire imo & ornare. De
hoc alias, nunc nihil: de illo pauca dicamus.
Et incipiamus à S. Chrysostomo qui con-
queritur repetiri inter Christianas matres
quæ quos generunt alijs lacte enutriendos
tradant. Et merito hic sanctus lamenta-
tur sèpè enim harum suarum vel deliciarum
vel otij pœnas luunt. Ceterum CHRIS-
TUS JESVS non sic non enim alienis
vberibus sed proprio corpore nutrit,
& sanguine potat quos tantum cum dolori-
bus genuit. Voluit enim quibus dedit spiri-
tualem vitam, eandem etiam & augere &
conseruare. O bonitas. O liberalitas. Porro
hoc est alterum illud quod ex latere fluxit
sacra-

*Id facit Ie-
suo corpore
suo.*

sacramentum, quod tamē non in cruce sed aliquot horis ante crucē instituit, cur quæso? Ne videlicet tam preciosas margaritas pro'jiceret ante porcos. Si enim porci nostri Sueuici, Germanici, Gallici, Polonici, licet Christianos se vocari velint, credere tamen Christo dicenti: *Hoc est corpus meum nolunt quid fecissent porci Iudaici?* Propterea anteuerit in ultima cena. Quia de re quia hæriti audiuistis & sæpe audire debetis, nūc duo tantum addo perbreuiter. Nempe hanc matrem nostram ut cibus iste nobis esset sapidior, voluisse ut assaretur. Nostis enim assos cibos cum primis gustui placere. Qui vero est assatus? Ecce in ingenti veru, in cruce inquam supposito igne, qua tribulationū & dolorum extremorum, qua charitatis & amoris sui ardentissimi: O Christiane ECCE MATER TVA quæ te tali tamque precioso nutrit cibo, quam ipsa est preciosissima. Sis igitur gratus. Sis memor. Sis compatiens tam acerbæ afflictioni. Denique præpara te ad digne ut par es degustandum.

Tertium matris munus est natū & educatum filium que filiam instruere & bonis informare moribus. Ovtinam id omnes matres patreiq; non ut passim sit inepte ne dicam impie, sed ut conuenit pié & Christiane faciant? Exemplum en habetis huius

*Sed antici-
pauit &
cur.*

*Reiegit
duo tantum
adduntur.*

*1. Quomo-
do hic cibus
est hodie
assatus.*

*2. Exhorta-
tatio.*

*TERTI-
VM matris
officium em-
instruere.*

*Id fecit Chri-
stus in aliis*

ius matris nostræ sanctissimæ, quæ id eximiè
præstítit ut in alia concione demonstrauimus:

*Aug. tra.
119. in 10d.*

nihilominus hic quoq; dicam⁹ aliquid
dicta perstringendo: alia verò & modum
alium adiungendo. Pulchre enim D. Au-

Pro. I. 8.

gust, inquit (Lignum illud vbi erant fixa
membra morientis fuit etiam cathedra ma-

gistri docentis.) Itaq; ECCE MATER
TVA. O Christiane. Audi igitur illam

docentem sicut te olim monuit sapiens cum
inquit, *Audi fili mi disciplinam paris tui C*
ne dimittas legem matris tuae. Quid verò hæc

mater docet? O & o. vnum antequam cathe-

dram concenderet; in cruce reliqua. Primū

quod & fundamentum cæterorum est ad
mulieres quas & prohibet flere dicens.

*Tum nunc
edo verbis
quorum.* NOLITE FLERE, & iubet flere statim

*1. Funda-
mentum est
cæterorum,
Et docet* subiungens. FLETE. Quid in ista contra-

rietate est misterij? Dixi in præcedenti cō-

cione copiosè. Scopus est, docet & illas
& nos omnes Deum amare & non tam ca-

sum corporum quam casum animarum de-

flare. Huius igitur doctrinæ rogo simus sē-

per memores, exemplo illius etiam alterius
matris Blanca dictæ quæ filio suo Ludouico

Galliarum regi identidem repetebat malle

si illum in corpore quā in anima vel semel
mortuum videre. Hæc hæc ant menti, ori,

& operi nostro, & non peccabimus aliquan-

do, quod si peccauerimus statim ad lamenta

recur-

*Exemplum
Blanca.*

recurramus sicut nos mater nostra verbo illo FLETE docet, ut ex ipso etiam textu patet.

Secundum verbum matris nostræ est iā ^{2. Verbum} in cruce cum ait, PATER DIMITTE ILLIS. Quibus? Inimicis qui illum crucifigebant. O lex matris sapientissima? Lex inquit facti, quia quod ipsa egit id nos facere oportere expressit. Porro si re bene considerauerimus in hac & priori verbo ^{3. Crucifixum} Matt. 22. pendet & prophetæ. Etenim priori docet nos dilectionem Dei supra omnia ne videlicet eum peccatis offendamus, quod si contrarium nobis aliquando contigerit, ut statim per fletum & pœnitentiam Deo iterum reconciliemur. Hac vero lege præcipit nobis dilectionem proximi, vñq; ad dilectionem inimici, quod quomodo fieri debeat re ipsa monstrat: sed & verbo, alias id copiosè di- ^{Mat. 5. 44} duxit. Obediamus ergo illi dilectissimi.

Tertium verbum est ad latronem A. ^{3. Crucifixum} amplexi, MEN DICO TIBI HODIE ME CVM ERIS IN PARADISO. Quid hic doctrinæ? inter multas hæc quoq;: Illi dari salutem à Christo qui cum ipso pendet in ligno. Non intelligo. Intelliges si recordaberis dicti eiusdem matris nostræ inquietis: Qui non accipit crucem suam & sequitur ^{Mat. 10. 38.} me non est me dignus. Quid dicent ad hæc ^{Sine qua} nulla salus, qui cum Christo volunt quidem esse in Pa-

radiso, sed nolunt esse in cruce? O quam fallentur miseri miserè! Itaque ne nobis quod ab sit idem eueniat imitemur hunc sanctum latronem, qui ideo verba ista audiuit, quia crucem & si propter scelera sua impositam patienter tamē tolerauit, quia pœnitentiam pro peccatis egit: quia spem in Christo habuit, quia illum contra blasphemias socij sui defendit, quia Christo compatiebatur, quia eum amauit. Id igitur & nos agamus, & si crux deest, quæ ab aliis imponatur, nos ipsi nobis eam per mortificationem applicemus, ne paradise orbemur.

*4. Domesti-
corum cura
gerere.*

Quartum verbum Christi est, tum ad matrem, MVLIER ECCE FILIVS TVVS Joannem intelligens, tum ad DISCLEPVLVM, ECCE MATER TVA. Detroq; in hac concione multis est actum: Idcirco nihil aliud adnecto quam commendari hic curam cognatorum, & domestico-

*2. Tim. 5.8.
Ne infidelis
deterior.*

rum, qui enim suorum, & maximè domesticorum curam non habet fidem negavit, & est infidelis deterior, ait Apostolus. Intelligitis hæc qui aut parentibus subministrare necessaria iuxta corum statum negligitis, aut domesticos, liberos, famulos, & ancillas ad percipienda sacramenta non expellitis? Cauete ne grauius quam infideles puniamini. At inquis. Non habeo unde illos alam! O quam mendax est verbum istud penè in omnibus!

Nolis

*Occurrunt
mendaci
excusationes*

Nolis inebriari, & velis strenue, ut olim parentes pro te, ita tu nunc pro illis laborare, & non deerit, vnde non solum illos alas, sed etiam aliis eleemosynam tribuas.

Quintum verbum, DEVS MEVS, DEVS MEVS, VT QVID DERE LIQUISTI M E? erudit nos in tribulatione inuocare Dominum, & spem totam in illo collocare nostram: ipse vero si è re nostra erit eruet nos, sin minus patientiam donabit. Absit autem contra instrumenta Dei, qui nos tribulant irasci, absit murmurare, multo ve-ro magis absit vindictam meditari. At ne-scis inquis, quæ ille mihi mala fecit: sed tu profecto scis quæ mala Judæi Christo fecerunt: Sunt ne vel tua cum eis, vel tu cum Jesu comparandus? Minime. Ergo vt ille omnibus condonavit, & patienter tulit, ita & tu, sed hoc iam superius egimus.

Sextum verbū est SI T I O, ò sapientia matris nostræ! sicut priori quomodo in aduersitate hoc instruit quomodo nos in prosperis gerere debeamus. Quamvis enim Christus nulla tunc prospera quin potius crudelia tormenta senserit, tamen quia nouerat nos & siti, & fame, & alijs eiusmodi plurimum abuti consueuisse, ante ipsum agnem erudit nos non ebrietati, epulis, luxui, alijsue oblectamentis carnis, sed mortificationi vacandum, sitimque similiter &

Iii 2 alia

*s. In tribula-
tione fi-
dere Deo.*

*Nec perse-
qui instru-
menta.*

*Inepta ex-
cuſato re-
ſellatur.
NOTA.*

*6. In pro-
ſperis mor-
tificatione
et ceteris.*

alia aut necessario potu sedandam, aut ne sedandam quidem sed comprimendam esse.

7. Perseuerare.

8. Deo spiri-
tuum com-
mendare.

Septimo verbo CONSUMMATVM EST, docet perseuerantiam in bono ope-
re sine qua nemo coronabitur. Vítimo.
PATER IN MANVS TVAS COM-
MENDO. SPIRITVM M E V M,
Præceptum dat ut ita viuamus quo hæc ver-
ba fidenter in agone dicere valeamus : sicut
sanctos fecisse legimus & omnes pie mori-
entes siue verbis siue corde agere non du-
bitamus.

Hæc sunt nō explicata sed insinuata que
mater nostra sanctissima hodie præsulit no-
bis materna officia : cum instruendo & pa-
cendo: tum verò toties & cum tantis dolo-
ribus nos parturiendo: Quid verò à nobis
requirit? Illud inter alia de quo nos per pro-

phetā monet inquiens Recordare paupertatis
Quod ipsa transgressionis meæ absintij & fellis. Nos
requirit verò quid ad hæc? Quod subnecetur Me-
moria memor ero gratias agendo & tabescet

Gratitudi-
nem.
Contrafficio-
nem.

in me anima mea præ contritione & compas-
sione gemendo: Id igitur faciamus dilectissimi,
ECCE MATER TUA d' Chri-
stiane. Recordare paupertatis eius quomodo
nuda pependit in cruce maximis cum dolo-
ribus te parturiendo: recordare & tran/gres-
sionis non ipsius sed tuæ quam tamen ipsa
suam vocat: quia transgressionem nostram
in

in se recepit ut Patri aeterno pro illa satisface-
ret, O misericordia. Item recordare *absintij*
& fellis & omnium pñnarum quæ sub his
comprehenduntur quas tui causa sustinuit.
Horum inquam recordare, ò anima Chri-
stiana. Et non fucate vel superficie tenus
sed sincere & ex corde responde. *Memoria*
memor ero id est iugiter & perpetuò istorum
recordabor & tabescet in me anima mea: tum
præ dolore pro peccatis meis, quæ tantarum
pñnarum causa extiterunt: tum præ com-
passione quā debeo ubi pientissimæ & mu-
nificentissimæ matri meæ, & hac recolens in
corde meo ideo sperabo in sanguine & meritis
tuis ut tu me dictis istis docuisti.

Et verò vt hanc sanctam compassionem
in nobis excitare valeamus videndum est
quibusnam è riuis ea oriri soleat. Id verò
punctis sequentibus adumbrabimus iuxta
quæ totam Christi passionem meditantes
quod cupimus assequi poterimus. Sunt verò
sex posteriora priorib. semper ad id præstan-
dum validiora. Primo enim mouentur om-
nes homines ad compassionem, ex magni-
tudine dolorum quæ quis patitur quod adeò
est verum ut etiam bruti animalis hoc no-
mine aliquando misereamur. Qui verò do-
lores maiores excogitari possunt ijs mater
nostra nos parturiens suscepit? Crudelis-
simi, vniuersalissimi, omnia lñdentes, ac

Iii 3 penè-

Compassio-
nem.

Sex gradus
compassio-
nis pro me-
tienda pas-
sione Chri-
sti.

I. Magni-
tudo dolorum
mouer com-
iseratio-
nem.

penetrantes corpus, famam, sensus, poten-
tias, animam. Secundo augetur compassio
cum videmus innocentem talia pati. Quid
verò Christo innocentius? non solum Deo,
cœlitibus & sanctis omnibus sed etiam ipsis
hostibus testibus? Iuda traditore, Iudæis
cum Iudæ dicunt, *quid ad nos?* Pilato aliquoties, Herode, latrone, Centurione quo-

*2. Praeser-
tim in in-
nocente.*
3. Magis e-
tiam in ho-
mine san-
cto.

que cum suis militibus & reliquis? Tertio
crescit commiseratio quando intuemur hęc
vniuersa sustinere hominem sanctum & vir-
tuosum. Quis vero est virtuosior & sanctior

Christo Iesu? nempe qui inimicis suis capi-
talibus ausus est dicere. *Quis ex vobis arguet*

me de peccato? Ipsi vero non ausi sunt quic-
quam ad hęc mutire, ne mendacij con-
uincerentur. Quarto augescit magis cum

*4. Magis
in benefac-
tore.*
Act. 10.38.

patitur is qui beneficia contulit. Eiusmodi
erat Christus, qui pertransibat benefaciendo,
mirificè & liberaliter, quę recogita. Imo in

hoc ipso actu, Iudæ oculum porrigit, mili-
ties erigit, qui nunquam alias surrexisserint,
Malcho aurem restituit, omnes denique in-

*5. Magis in
conjugu-
taco.*
Ioan. 15.13.
Mat. 12.50

struit, & pro inimicis orat. Quinto multo
magis compassio augetur cum aspicimus
hęc omnia pati amicum, socium, consan-
guineum, patrem vel matrem nostram. Ta-

lis est Christus qui inquit. *Iam non dicam vos*

seruos, sed amicos: qui insuper omnes faci-

entes voluntatem patris sui vocat, matres,

fra-

fratres, & sorores, suas. O vos patres & matres quid faceretis si videretis filium vestrum innocentem ab iis, in quos ille multa consultisset beneficia sic tractari, nempe cōspui, colaphis cēdi, grauissimē flagellari, spinis coronari, toto corpore lacinari, ac cruci tandem affigi? Quis dolor tunc inuaderet corda & animam vestram? Idem igitur ut nos quoque afficiat operam demus charissimi. Denique accrescit maximē commiseratio, si tales qualem depinximus videre mus ista omnia pro nobis pati qui alias hæc non sustinuisset. Id vero in Christo explenum afferit, & in veteri Testamento, Deus Pater inquietus, propter scelus populi mei per-

*6. Maxime
cum talis
pro nobis
patitur.*

*Isa. 53.8.
Ioan. 10.15*

cuſi eum, & in nouo ipse Jesus dicens, pono animam meam pro ouibus meis.

Quare & vnde cœpit nostra finiatur oratione: ECCE MATER TVA, ô anima Christiana, mater inquā talis qualē descripsi, imo qualem nemo describere potest, in qua omnia dicta cōcurrunt & multo plura. ECCE MATER TVA. Agas igitur ei gratias pro partu, pro alimento, pro doctrina, & gratus sis non tantum corde & ore, sed etiam imitatione ei compatiendo. Imitatione enim compati res est omnium excellensissima. Tu vero, ô mater nostra Christe Iesu. Tu ô anima sanctissima. Tu ô columba candidissima, egredere iam ex hac arca cor-

Quae omnia hic concurrunt.

*CONCL.
per exhortationem.*

*Et orationē
Gen. 8.11.*

III 4 poris

poris noui Noë, & fer patri tuo æterno, rati-
mum oliue virentibus foliis, signum cessationis
diluvij, non aquæ, sed sanguinei, non
quo perit malus mundus, sed quo reparatur
bonus mundus, cessationis inquam iræ Dei
super terram, proinde nobis remitte, quæ
per oliuam designantur. Mitte nobis mi-
sericordiæ pro qua clamamus, Miserere no-
stri, genitrix nostra miserere, & dimitte pec-
cata nostra, miserere iis, quos hodie purpu-
reο tuo sanguine, & genuisti & redemisti.
Mitte præterea pacem. Pacem inter nos &
patrem tuum, & te ipsum, & alium spiritum
paracletum, pacem inter nos & proximum,
inter animam & corpus, hisque similia. Mit-
te lætitiam non illam carnalem, bestialem,
diabolicalm sed spiritualem, sanctam, diui-
nam. Mitte pinguedinem & vñctionem, nō
qua impij impinguantur, sed qua, & dij v-
runtur & homines pij delectantur. Mitte vi-
ctoriam cuius ratius olioꝝ præcipuum est
symbolum. Vides enim quam validè à carne
mundo, & ipso diabolo impugnamur, neq;
ex nobis resistere illis vlo modo valemus.
Adiuua ergo, & da benigna victoriā. Deniq;
genitrix sanctissima post commendationem
anime, vt nos idem facere moneret, post cla-
morem validum, vt per totum orbem exau-
diretur, post fletum, vt nos flere doceret, in-
clinato capite, vt omnibus osculum præbe-
ret,

lud. 9.9.

ret, EMISIT SPIRITVM, sequere
eam, mente, commiserationem, & sancto o-
pere. Amen.



CONCIO IV.

Admiratio & Amor.

Ecce homo.

Magna equidē de causa primus prophete- Exemplum
tarum qui D. Hieronymo Euange- tum Isaia
lium texuisse visus est, conscripturus eam, Prophecia
cuius hodie memoriam agimus historiam, Isa. 53.1.
ab his illam orditur verbis. Quis credidit au-
ditui nostro? Et brachium Domini cui reuelatum est? Quibus quid aliud agit quam ad-
mirationem in nobis excitat rei planè stu-
pendæ? proinde infidelibus creditu impos-
sibilis: nempe, quomodo is de quo paulò
postinquit, generationem eius quis enarrabit? Ibid. 6.8.
ipse videlicet Deus, tanta & talia pati debu-
erat, qualia & ipse per Spiritus prænotio-
nem sciuerat, & nos iam præterita recoli-
mus. Hæc ipsa verò post modum D. Pau. Tum Paul.
demirans causamq; rei inuestigans, inquit: Apost.
Vtquid enim Christus cum ad huc infirmi esse- Rom. 5.6.

mus secundum tempus pro impijs mortuus est?

Hos igitur & veteris & noui testamenti du-

ces sanctissimos sequentes, corumque vesti-

gia prementes, nos quoque quod ipsi admiri-

tati sunt, suspicere in animum induximus

nostrum. Ad quod præstandum istud quod

audiuisti thema breve quidem verbis at

longum sensu aptissimum mihi visum est:

Prolatum autem fuit ut nostis à Pilato, qui

post sudorem sanguineum quem Christus

Iesus dominus noster vberem in horto effu-

dit, post captiuitatem, irrisioem, vapulatio-

nem, ac condemnationem eius ad mortem

factam à Iudeis, post altercationem quoq;

quam satis longam habuit Pilatus cum eis,

nec non post missionem Iesu ad Herodem,

& remissionem ad Platum, imò post diram

etiam flagellationem, coronationem, ac

speciosæ illius faciei enormem, per frequen-

tes alapas ac percussionses, perque sputa tur-

pissima defædationem, post hæc inquam

vniuersa & alia quæ vobis meditanda relin-

quo, Pilatus volēs ad commiserationē pop.

Iudaicum inducere producens Iesum extra

prætorium exclamauit. ECCE HOMO.

Ac si diceret tam afflictus tam male tracta-

tus, ut an homo sit vix discerni queat. Quo-

modo autem Iudæi hæc verba excepérunt,

in prima eoncione disseruimus.

PROP. Nuac verò non Pilatus sed nos, non ad

Eipartia. Iudæos scelestos: sed primum quidem ad

Deum

Ad admis-

rationem

impellimur

Thema ad

id aptum.

Quando

à Pilato

prolatum.

Et quo fine.

Deum Patrem, postea vero ad pop. Christianum ea dirigemus, sicque in duas partes concessionem hanc diuidemus. In quarum primatum miranda diuina iudicia causasq; illorum inuestigabimus: tum amorem eius erga genus humanum demirabimur. In secunda vero tum quisnam homo iste fuerit considerabimus, tum ad redamandum illū nos excitabimus. Da Christe Iesu id ita faciamus ut amori tuo quantum in nobis est respondentes, redemptionis tuæ participes in aeternum effici valeamus.

Paulo antequam Pilatus verba hæc. ECCE HOMO in medium proferret, steterunt coram tribunali, tum ipsius Pilati, tum Iudeorum, duo homines, alter Archilatrus & feditiosus & homicida BARRABAS nomine: alter Iesus Archisanctus, qui & mortuos ad vitam reuocabat, & pacificabat omnia. Quid factum? post concertationes hinc & inde vltro citroque habitas, tandem tum Judæorū tum præsidis sententia BARRABAS, nocentissimus absolutus: Iesus vero innocentissimus cruci adiudicatus est. Mirum, nec mirum. Mirum tantam cæcitatem inuasisse homines & excellentes, & iudicio mundi prudentes. Etenim tu temporis homines orbis totius in duas diuidebantur partes, in Judæos inquā & in Ethnicos. Et Judæorum quidem hic simpliciter erant

I. PARS.
ECCE HOMO: Pater
eterne.
Decretum
datum pro
Barraba cōtra Iesum.

Mirandū,

erant omnium excellentissimi nempe summu. Pontifex, cum suo celeberrimo concilio Senadrin dicto. ex Etnicis verò fuit Pilatus vices gerens Tiberij Imperatoris, cui tunc torus penè suberat terrarū orbis, qui que ut est probabile non nisi viris, quos iudicabat sapientissimos talia munia commitebat. Mirum itaque videri posset tantos viros ad tantam iniustitiam delapsos fuisse: at ex parte altera mirum non est, duplice nomine: Tum quid iudicium istud hominum esset impiorum: (atqui utinam talia inter Christianos aut non reperiantur, aut rarius faltem quam sit eveniant) tum quod omnes isti non noscent quis esset Iesus. Nam

Cor. 2.8.

Nec mirandum.

Ad decretū

datum à

Deo pro A-

dam cum

omnibus

sceleratis

contra le-

sum.

Psal. 7.10.

Heb. 4.13.

1 Tim. 1.9.

Verum enim vero hoc stupendum planè supra modum est sterisse ad tribunal sanctissimi, iustissimi, scrutantis corda Cr̄tēnes, cuius oculis omnia nuda & aperta sunt Dei una quidē ex parte primum omnī parentem Adamum, cum tota sua progenie, nempe cum peccatoribz sceleratis & cōtaminatis patricidis, et matricidis, homicidis, fornicariis masculorū, concubitoribus plagiariis, mēdaciis, periuris: nec non incredulis, Idololatriis, blasphemis, hisq; simi-

similibus innumeris. Ex altera vero parte
stetisse Christum Iesum verbum æterni pa-
tris carnem factum, purissimum, innocen-
tissimum, virtuosissimum, in quo nec pec-
catum ullum fuit, nec esse potuit: & ecce
profertur decretum ex ore altissimi, ut ille
quidem cum omnibus suis absoluatur: hic
vero pœnas pro eis lueret. Quo teste? Ip-
somet Deo cum per prophetam inquit pro-
pter scelus populi mei percusi eum. Et Apo-
stolo Paulo qui de eodem loquens Deo ait
qui etiam proprio filio non pepercit, sed pro nobis
omnibus tradidit illum. Quid hic audio? Quid
cogito? Quid dicam ad ista? Mens obstu-
pescit, animus deficit, hæret lingua, tremunt
labia: Sed animat me alter propheta his ver-
bis alloquens Deum. Iustus quidem tu es do-
mine si disputem tecum, verum tamen iusta lo-
quar ad te: Quare via impiorum prosperatur,
bene est omnibus qui prævaricantur & inique-
agunt? Est sane quod demirere ô propheta,
Deum impios exaltare, pios deprimere, san-
ctos pati, sceleratos vero qui eos affligunt læ-
tari: sed audi nunc ni ego fallor, longè quid
mirabilius. Non solum enim prosperan-
tur hic impij, quod tu miraris: sed etiam ab
omnibus suis impietatibus absoluuntur si
volunt: iustus autem innocentissimus, fili-
us deniq; Dei morti turpissimæ adiudicatur
ut illorum persoluat debita, vtq; Patri æter-
no

*Iohann. 1.14.**Isa. 53.8.**Rom. 8.32.**Stupendum**sane.**Jer. 12.1.**Quod si sim**pebat Jer.**prospera-**tum impioe**rum.**Hoc magis**mirandum*

no pro ijs satisfaciat. Quis audiuit talia?

Quis ad hæc non obstupescat? Quis nodum

*Nam illud istum disoluat? Nam ad illum tuum o pro-
phetæ respōderi potest, prosperari hic impi-
os, vt cum diuite epulone in æternum pu-
niantur: pati vero hic pios, vt cum Lazaro
facile.*

Luc. 16. 22.

gaudent æuiterne. (Audiant hæc & intel-
ligant quos parabola tangit) at vero dari pi-
um pro impio, à pio & iusto iudice Dco,
quis intellectus capiat?

*Dei iudicia
alta.*

O pater æterne: O Deus sapientissime,
quam alta sunt iudicia tua, & quis poterit ad

ea? si enim prophetam minora angebāt, qui
nos grauiora & difficultiora non turbent?

*Vrgetur
difficultas.*

Quare sine me paucis tecum loqui: & parce
si quid insipienter effutuero. Quid est
quod tu pro nobis sceleratis filium tuum ad

Exo. 23. 7.

tanta tormenta quanta hodie recolimus &
ad ipsam mortem crucis turpissimam tradi-

Insontem

sontem & iustum non occides? Quis innocen-
tior ipsa innocentia: quis iustior Christo

mnandum.

Iesu? An oblitus es qui nihil obliuisci potes,

Ezech. 18.

quod per prophetam dixisti filius non porta-
bit iniquitatem patris? displicuitq; tibi olim

20.

Iudæos vertisse parabolam in proverbiū di-
punctendū.

Ergo.

Iudæos comedērunt vuā acerbam, & den-

Ibíd. v. 2.

tes filiorum obstupescunt. Nunc vero filius
tuus portat iniquitatem, & patrum & filio-

rum, & omnium: & pro pomo acerbo quod
come-

comederunt primi parentes, dentes filii illorum Iesu ab aceto & felle nimis obstupeſcunt. O stupor. O iudicia: Audiui quidem te dicentem propter ſcelus pop. illum percuſſum fuisse. At hoc non tollit ſed auget, diſſiſtatem. Nam iterum iterumq; peto & repeſto: cur pro me meiſq; ſimilibus hominibus nequam, innoxium filium tuum tali morti adiudicasti? Etenim vel ſunt tibi homines neceſſarij, vel non. Si ſunt quod non puto, perde hos impios, & crea pios. Recordor te propter peccata carnalia olim dixiſſe. De lebo hominem quem creauit à facie terræ ab homine uſq; ad animantia, à reptili uſq; ad volucres cœli, paenitet enim me feciſſe eos; deleſtiq; omnes ad octo personas: hic vero cum ſint ſcelera maiora, dele omnes: & parce filio tuo ſanctissimo & innocentissimo. Sin vero non ſunt tibi neceſſarij homines, prout non ſunt: cum ſine illis beatus fueris ab æterno, cur adeo affligiſ ſuigenitum tuum, dilectum tuum, in quo tibi bene complacuisti? An non hunc occidere, maius & grauius eſt cæteris peccatis universis?

Parce mihi domine, parce benigniſſime. Bonitas & altissima iudicia tua, malitia vero mea, innocentia dilecti filij tui, nequitia vero generis humani, cogit me iſtæ loqui. Neq; vero ego volo diſputare tecum aut contendere: cum ſciam me non poſſe

Isa. 53.8.

*Homines
potius de-
lendi om-
nes, & rē
rei & nom-
neceſſarij.
Gen. 6.7.*

Mat. 17.9.

*Causa hu-
iuss conſide-
rationis.*

Iob. 9.3.

posse tibi respondere unum pro mille : sed vo-

*Hinc tria.
1. Protestatio.*
lo demirari facta tua, & ea quæ tu dederis,

communicare pop. tuo : vt pariter omnes,

& timeamus iudicia tua secretissima, & ad a-

morem tui amore tuo extimulemur : Itaq;

testor in primis contra omnem hereticorum

perfidiam, me tenui & pene, nullo ingenio

& iudicio meo, nolle metiri incomprehen-

sibilia iudicia Dei : multo minus autem na-

turam & essentiam ipsius proterue inuesti-

gare, sicut nunc proh dolor quidam qui se

Christianos vocant, peius quam olim phi-

losophi faciunt. Deinde moneo omnes

mihi in Christo charissimos, vt vos quoq;

idem faciatis, & tum iudicia vestra iudicio

ecclesiaz, & eorum quos Christus Iesus ei

præfecit submittitatis humiliter, tum iu-

dicia diuina metuatis grauiter, neque di-

catis vt soletis. Quid est hoc ? quantulum

est istud peccati ? num propter hæc irasci

deberet Deus ? istane adeo vt dicitur puni-

entur ? & his similia, quæ conscientiaz vestre.

& sermones quotidiani norunt. Abstine-

te ab istis obsecro, considerantes quæ &

quales sint censuræ diuinæ. Postremo dico

vt in omnibus diuinis actionibus, ita etiam

in ista, imo multo magis in ista, non esse in-

iustitiam, sed iustitiam esse : non crudelita-

tem, sed misericordiam : non insipientiam

sed summam sapientiam. Esse insuper &

exal-

2. Admo-

witio.

3. Veracan-

sa mortis

Christi, &

dinus si se-

quentium.

exaltationem Iesu, & summā erga nos charitatem eius ac dilectionem. Hæ sunt causæ mortis Christi ex parte Dei, quas demitor, quas laudo, quas exalto, vtq; vos idem faciatis rogo & moneo. Præsentcs estote & animis & auribus, dum hæc excutio dabit Deus & mihi sufficienter loqui, & vobis ytiliter audire.

Itaq; percurram in primis hæc puncta postea exemplo & antithesi dicta illustrabo, vt omnes quantum fieri potest rem intelligent, nosq; scopum nostrum attingamus. Fazit Iesus. Porro nullam hic esse iniustitiam patet. Nam quicquid volenti imo vltro sc̄e offerenti fit, non iniuste fit. Ita vero hic *Quia vltro se res habuit teste & nouo & veteri instru- se obtrulit mento.* In hoc inquit propheta, *Oblatus est Christus,* quia ipse voluit. In nouo vero ipse Iesus ait *Teste Propheta.* Pono animam meam (vitam videlicet. Id e- Et ipso. nim anima frequentissime in scriptura si- 1/a. 53.7. gnificat) ut iterum sumam eam. Nemo tollit *Ioan. 10.17* eam à me. Quid? nonne violenter Iudæi cum Ethnicis tibi illam abstulerunt? Imo none ipse Deus pater idita fieri voluit? Respondebit Iesus; Ego pono eam à meipso, & potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo sumendie eam. Quapropter tam respectu Dei Patris, vltro me expono ad omnia (quod Paulus ante illis testatus est verbis, propterea dilit me pater, quia ego pono animam meam, id est

Kkk quia

PROBA
TVRH/C
I. Non esse
iniustiam.

1/a. 53.7.

NOTA

quia voluntariè me ad hæc obtuli) quam
respectu impiorum libere ago vniuersa; ni-
si enim ego voluissim, illi ne vnum quidem
capillum capitis mei euallissem. Laudemus
igitur & gratias agamus eius charitati dile-
ctissimi, qui nostri causa tanta ex puto suo a-
more suscepit, & sustinuit. Nō fuit igitur hic
injustitia vlla, sed fuit iustitia exactissima, p
quā sicut Pater pro peccatis Adæ ac poste-
rorum eius omnimodam exigit satisfactio-
nem: ita filius assumpta in se eadem quæ
peccauerat natura, tam rigide per omnia
patris respondit desiderio, ut nihil penitus
posset requirere amplius. O mira & miranda
diuina dispositio! Par ratione nulla hic fu-
it sequitia. Non enim ad qualemque fatis-
factionem præstandam filius Patri se obtu-
lit, sed ad eam quam hodie deuota & amara
mente recolimus. Quæ causa? Duplex. Al-
tera iam dictus rigor iustitiae. Nam que-
madmodum homo omnibus tum corporis
tum animæ viribus, potentijs, affectibus,
sensibus, membris, diuinam offendit maiestatem
ita Deus homo factus in omnibus
istis pati, patriq; p nobis satisfacere voluit.
O iustitia. O misericordia stupenda. Alteram
causam assignat David, nempe vt esset co-
piosa apud eum redemptio voluit enim copi-
ose & abundanter & superabundanter pro no-
bis satisfacere, quod & fecit. Non crudelitas
ergo

ergo sed bonitas & misericordia fuit infinita quam exhibuit erga genus humanum a. 4. Sed esse
mater hominum homo Deus : tum misericordiam.

rando nostri, qui alias in æternum periremus : tum omnia quæ commeruit liberaliter donando nobis, benedictus in secula.

Declarari & explicari hæc possunt exemplo principis vel regis alicuius qui videns pop. suum in periculo intercessionis positum, ipse se pro illo opponeret : & singulari inito cum hoste certamine, licet ipse multis confectus vulneribus occumberet : ita tamen rem ageret, ut & victoria penes eum remaneret prostrato contraria factionis principe : & pop. suū non solum liberaret, sed etiam exuuijs hostium abundanter daret. Quanta esset huius principis erga pop. suum tum misericordia, tum charitas, tum liberalitas ? Id ipsum hic à Christo Iesu factum omnino vides : eo insuper addito, quod & vltro torturam suscepit, cum ab illis liber esse posset : & non populo tantum suo, sed etiam sibi inde aliquid in assumpta natura acquisiuit emolumēti ; Etenim propter hanc humiliationem Jesu, usque ad mortem crucis, testis D. Paulo, Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est supra omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu fleatur, cœlestium, terrestrium et infernorū. Proinde hæc est quoque una ex causis ex parte Dei, passionis Christi.

Kkk 2 Pra-

4. Sed esse
misericor-
diam.Exemplum si-
milis hac de-
claratur.5. Effici-
super exalt-
ationem
nominis
Ihil. 248.

*¶ Non insipientiam,
sed sapientiam esse
trib. modis.*

*Tum respe-
ctu Satha-
na.*

Iob. 40, 20.

*Tum respe-
ctu Dei, &
redemptio-
nis.*

Præterea non est hic insipientia, quæ vi-
deri posset in eo quod excellentior persona
pro viliori ad tormenta substituatur: Sed est
summa sapientia: quod tum ex iam dictis, &
exemplo allato claram: tum ex sequentibus
clarissimum euadit, tripli nomine: Princi-
pio respectu Sathanæ, qui sicut in ligno vi-
cerat, ita sapienter modo simili in ligno vi-
etus est, ut canit ecclesia. Quid futurum
prænotauit ipse Deus dicens Iobo, *An extra-
here poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis lin-
guam eius?* Ac si diceret tu quidem id facere
non vales: at veniet qui perficiet, nempe fi-
lius meus homo factus, qui Leuiathan, id
est, dæmoni obiiciet humanitatem, qua ipse
pasci asperuet est; cumque eam Sathan inua-
serit, & deuorare tentauerit, ab intus latente
diuinitate, tanquam hamo & capietur, &
extrahetur, perdetque ius quod habuit cr-
ga nocentes, eo quod innocentem afflige-
rit, sicque fune ligabitur lingua eius, ut per
suggestiones suas tantum, quantum antea
non queat nocere. Id hodie per Christum
Jesum in cruce sapientissimè factum est. Se-
cundo apparet sapientia respectu Dei, & ge-
neris humani: sapientissimè enim prouidit
incommodo illi quod subsecutum fuisset, si
per creaturam (per quam tamen eo quo nūc
modo, nempe ex rigore iustitiae peragi non
potuisset) redemptio perfecta fuisset. Quid
vero erat istud incommodi? Magnum sane.

Tunc

Tunc enim homo creationem quidem sui,
 & quod habet esse naturale, Deo creatori;
 redemptionem vero & esse supernaturale,
 creaturæ illi à qua redemptus fuisset adscri-
 pisset. Cuius rei inconuenientiam quis
 non videt? Postremo eluet sapientia, re-
 spectu omnis creaturæ. Conuenientissimū
 enim erat, ut sicut per verbum facta sunt o-
 mnia, ita per verbum restaurarentur omnia.
 Quo aspexisse videtur Paulus cùm inquit.
Decebat enim eum propter quem omnia, & per
quæ omnia, &c. Per passionem consummari. Qui n.
sanctificat & qui sanctificatur ex uno omnes. O-
mnia, n. in celo, & in terra per passionem Iesu,
& per sanctificationem, & alia quæ inde pro-
fluunt restaurantur: præsertim cum in ho-
mine aliquid sit omnis creaturæ, ut & S. Pa-
tres, & ipsa ratio docet. Denique charitas
Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, erga ge-
nus humanum ita hic declaratur & resplen-
det, ut huic cum primis attributo totum hoc
negotium adscribere videatur Apostolus,
qui cum dixisset, Charitas Dei diffusa est in cor-
dibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est
nobis; paulo post subdit. Commendat autem
charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum ad-
huc peccatores essemus Christus pro nobis mor-
tius est. Est igitur quod diuinæ ipsius boni-
tati gratias agamus, est quod amorem pro
amore reddamus, est quod sanctissimam ip-

Kkk 3 suis

Tum respe-
du omnis
creature.

Heb. 2.10.

7. Effè hie
spiritum me
xime in noi
charitatis

Rom. 5.5.
Ibid. 6.8.

1244 PASS. DOM. N. IESV CHRISTI.

sius iustitiam, misericordiam, sapientiam & charitatem contra infideles & impios defendamus.

*Pathos ad
commouen-
dam misere-
cordiam
Dei,*

*Historia
creationis.*

*Casus An-
gelorum.*

*Casus ho-
minis.
Gen. 3.1.*

Id verò quia pro nostra virili parte iam fecimus, nunc ad Deum patrem sermonem nostrum convertamus: & tum dicta & thema antithesi declaremus: tum affectus cù primis verò amore nostrum ad gratias exhibendas Deo in nobis excitemus: tum misericordiam diuinam ad miserandum humano generi flectamus: Vnde vero ordinem? Ab ipsa rerum omnium creatione. Duas creature excellentes condidit Deus, nempe Angelum, & hominem, quæ cum sint ratione prædictæ, sole illum agnoscere, amare, & laudare possunt in æternum. Reliqua verò quæ cœli & terræ ambitu' continentur, ad subsidium hominis creata esse nostis. Quid verò postea factum fuerit, ne id quidem ignoratis, nempe eam quæ priora creata fuit, non quidem totam, bona tamen ex parte, duce Lucifero propter suam superbiam qua similitudinem Dei appetiuit, corruisse, ideoq; ex pulchro angelo secundum dæmonem factum esse. Creatum est postea altera, humana videlicet, quæ prioris sedes in cœlo occupare & supplere posset. Id vident Lucifer ringitur, & fert ægerrimè ac proinde in forma serpentis appropinquans Eum, cum ea sermones misceret, suadet,

det, ut neglecto diuino mandato, comedat de fructu ligni vctiti; prouittens mendaciter si id cum marito fecerint eos futuros *fecut Deos sciētes bonum & malum.* Quid multis? Perluadet mulieri cui Adam condescendens comedit pariter cum ea, & incidunt in miserabilem quendam statum: In illum videlicet quem postea descripsit David dicens, & bis in eodem psalmo repetens. *Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis injipientibus & similiis factus est eis.* Atqui vtrinam similis tantum & non deterior & miserabilior ijs, sed prob dolor resonat in auribus verba quæ filius Dei heri ad Iudā, & de Iuda protulit. dicens. *Bonum erat et si natus non fuisset homo ille;* qd de omnibus præuaricantibus legem Dei & non pœnitentibus recte intelligitur. Quare possumus nos nostro modo hic quoque exclamare. **E C C E H O M O,** qui voluit habere scientiam diuinam & factus est bestia insipientior, qui similis Deo esse ambiuit & bruto animali deterior evasit: **E C C E H O-**
M O delusus à dæmonie, accusatus ab angelis, irrisus à Deo. **Qnomodo?** Mirò sanè modo. Indutum enim pelliceo ridet & inquit vna ad alias diuinæ personas **Ecce A-**
dam quasi unus ex nobis factus est sciens bonum & malū. O misera hominis conditio. O quā funestū est nō obediens Deo creatori suo, etiā in ijs quæ res minutæ esse videtur! Qui ergo?

Kkk 4

Nun-

Homo pos-
casum m-
ser.

1. *Sme ho-*
nore.
Psal. 48. 13
Eccl. 21.

2. *Similis*
bestias.

3. *Imo ijs*
miserior.
Mat. 24. 26.

4. *Delusus*
à dæmonie.

5. *Accusa-*
tus ab An-
gelo.
Gen. 3. 22.

6. *Irri-*
sus à
Deo.

Psal 76.8. Nunquid in æternum proiicit Deus , aut non misericordia imponet, ut complacitior sit adhuc ! aut in finem dei Dei misericordiam suam absindet, & uno iectu per-

petrat totam humanam naturam , quam ad imaginem & similitudinem suam condidit.

Causa ad- ECCE HOMO, O Deus omnipotens & misericors, miser, & miserabilis, miserere igitur ipsius adeo abieicti, adeo humiliati. Dignus est enim comiseratione , & misericordia homo, qui licet voluntarie non ex malitia tamen, ut Sathan , sed ex fragilitate delu-

Obest iusti- sus ab alio peccauit : Facerem, respondet Deus: sed obstat iustitia, cui ut fiat per omnia satis necessum est. Hic intercessit collo-

quium inter diuinam , tum iustitiam , tum misericordiam , & alia his similia pulchra,

Bernar.ser. quæ sancti cōtemplantur præferrim D. Ber-

i. de An- nardus, qui videndus erit ; nos vero ea omit-

nunt.B.V. timus ne nimis longi simus. Itaque pergo & dico. At quis obsecro, ô Deus iustitiae tuæ

pro tam graui & iusta offensa respōdere po-

Nec est qui terit ? Num aut Angelus aut quævis simi-

ei satisfa- ciat. alia peccante, alia reconciliat. Num eadem?

Psal.13.2. Sed non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

Eccl.34.4. Et vero si ab immundo, teste Scriptura,

nemo mundabitur, quanto magis nemo redi-

metur ? An vero aliquem hominem innocentem creabis ? At ne hac quidem ratio-

ne quicquam efficiemus, iuxta illum , quem

ture-

tu requiris iustitiae rigorem. Quomodo enim pro culpa in illum qui dignitatis est infinitae commissa, à finita creatura fit satis? O quam vnde ab hac tua iustitia constricti sumus Deus omnipotens! O deflendus & miserandus status noster, Deus misericors.

Itaque petimus, ut tu ipse quæras illum *Queritur
qui soluet.
Ezech. 22.
30.*
qui id præstet, ô omnia sciens Deus. Quere obsecramus. *Quæsiū respōdet per Prophētam, virum qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam,
& non inueni. Onos miseris! Quid igitur
facies?* Ait: *Et effudi super eos indignationem
mēam. Expecta Domine, expecta obsecro
misericordissime Pater, & ne perdas quod
creasti. ne effundas iram tuam; quis enim
finitus, fuorem tuum infinitum sustinere
poterit?* Audi & exaudi, & miserere. Etenim *Inuenimus
iam nos.*
fortè nos inueniemus illum. Tu non inuenisti, quia tum temporis necdum reperiebatur, at nunc est qui id faciat, & abundanter perficiat. Quisnam? Is de quo Pilatus, EC- *Eū de quo
Pilatus,*
CE HOMO, quem olim prophetes tuus *ECCE HO
natus est in ea?* & ipse fundauit eam altissimus. *MO, qui
abundes fa-
cias;*
Est ergo non solum homo, sed & Deus al- *quia.*
tissimus, tibi consubstantialis, connaturalis, *Psal. 86.5.*
coexternus: hic iam & natus, & passus est pœ- *1. Est etiam
Deus.*
nas crudeles, pro genere humano, ECCE HOMO.

Kkk 5

HOMO. Quæsiuisti ô Deus iustissime virū
*p. Ponit se-
pem.*
 qui interponeret sepem, ECCE HOMO, pendens in cruce seps enim ex lignis fit. Quæsiuisti qui staret oppositus contra te pro terra, & auerteret iram tuam : ECCE HOMO : qui quia homo est terræ aliquid habet, quia vero etiam Deus est, potest tibi per omnia satisfacere, in summo iustitiae rigore. En se opponit in aere maximis cū doloribus pendens inter nos & te mediator Dei Thominum homo Christus Iesus qui dedit redemptionem semetipsū pro omnibus. Ne disipes igitur terram sed miserere. Offendit te ille homo, reconciliet te iste homo. Ille homo à serpente est seductus: ECCE HOMO: qui decepit serpente obijcens ei formam serui, & capiens illum forma Dei, ut iam dixi. Ille homo fuit accusatus ab angelis propter peccatum, ECCE HOMO quem suo modo deflebant angeli cum deleret peccatum. Ille homo induitus pelliceo irratus est à te, ô Deus pater. ECCE HOMO nudus pendens in cruce qui rideri non potest, cum sit tibi per omnia par & æqualis. Ille homo cum tota posteritate sua fuit in potestate dæmonis, qui ad innumeras myriades scelerū & peccatorū eum impulit. ECCE HOMO, in quo princeps tenebrarum nec habet, nec habuit unquam quicquam. Ille homo insipiens & similis bestijs factus est. ECCE HOMO qui ipsa est tua sapiētia & figura sub-

*3. opponit se-
in aere.*

*2. Tim. 2. 5.
4. Melia-
tor est.*

*5. Serpenti-
lludus.*

*6. Angelos
ad florum
commouet
Isa. 33. 7.
Gen. 3. 22.
7. Rideri a
Deo non po-
test.*

*8. Nec sub-
esse dæmoni*

*9. Sapien-
tissimus et.*

et substantia tuae. Audiui, ô Pater Omnipotens conquestum fuisse olim quēdam se nō habere hominem qui illum mitteret in piscinam, quinque porticus habentem, quando commouebatur aqua, ut sanitatem recuperet, quā quidem sanitas, non aliunde quā à te proficisci ebatur. At nunc, ECCE HOMO, qui non solum potest nos mittere, in piscinam, sed ipse factus est nobis eiusmodi piscina, quinq; porticus habens duas in manibus, duas in pedibus, quintam vero in latere dextro, quę etiam mouetur perpetuo, & incessanter, continuo enim merita ipsius stant in conspectu tuo.

Quapropter clam o cum propheta Pro-
tector noster aspice Deus & respice in faciem Conclusio
Christi tui. Nos quidem peccauimus ô pa-
ter sancte: at ecce is qui non peccauit, &
pro peccatis omnium satisfecit, quem tu ip-
se peccatum fecisti ut nos à peccatis liberares.
Alpice igitur illum & miserere nobis. Respi-
ce obsecro in faciem Christi tui & vide oculos
liuidos, aures spinis confossas, genas con-
sputas, labia pallentia, linguam arentem,
vocē raucam, guttur amarum, caput vulne-
ratum, totum corpus lancinatum, animam
afflictam nimis, deniq; manus pedesq; cla-
uis confixos, & latus inerme crudelilancea,
usq; ad cor transuerberatum. Hęc inquam
intuere, ô iustissime Deus & condona quic-
quid

^{10. Quis po-}
^{test mittere}
^{in piscinā.}

Ioan. 5. 7.

^{effendendo}
^{patris filium,}
^{& miseri-}
^{cordiam}
^{imploran-}

do.

^{2. Cor. 5. 21.}

NOTA

1250 PASS. DOM. N. JESY CHRISTI.

quid oculis nostris procacibus, lingua blasphemā, manib⁹ rapacibus, pedibus currentibus ad faciendum mala, omnibus de niq; sensibus, affectibus, potentij⁹, membrisq; tuam offendimus iustitiam & bonitatem. Parce domine, parce, & miserere ijs quos filius tuus preciosos suo hodie emit

Naum. 1.9. sanguine. Nonne de te scriptum est non
iuxta 70. vindicabit in bis id ipsum? Vindicasti igitur

& puniūisti hæc omnia in filio tuo, ne secundo adjicias punire ea in nobis, iuste & in dictis veracissime Deus.

II. PARS, Tu vero ô pop. Christiane ad te enim
ECCE HO meum iam conuerto sermonem quid hæc
MO. ô Chri audiendo cogitas, quæ mens, quis animus
stians. est tibi? Audisti quid Deus tui amore egerit, quid tu vicissim ipsius causa facies? Adhuc ne in sceleribus sordesces, adhuc ne tantorum beneficiorum ingratus eris? Quid? putasne quia audisti Deum non vindicare bis in id ipsum, te iam peccantem & nō resipiscentem à pœnis liberum fore? O quam stulte erras, si id sentis. Eorum enim tantum peccata vindicantur in Christo, qui fide & charitate coniuncti sunt Christo: quo& si alterutrum tibi deest, non bis sed semel ea puniet Deus, nec in alio sed in temetipso, nec temporaliter ut in Christo, sed in æternum ut in inimico Christi: Vide igitur quid agas, & consule

Quomodo
Deus non
Vindicat
bis in id ip-
sum.

sule tibi, ac reconciliare quæso per sacra-
menta Christo, ut meritorum & pœnarum
ipsius particeps esse queas.

Cæterum vt & me, & vos omnes mihi
in Christo charissimos ad compunctionem:
cum illam quæ ex timore & dolore: tum
eam quæ ex charitate & amore prouenit, ex-
citem ad singularia descendō & ostendo:
tum quisnam sit iste de quo ait Pilatus EC-
CE HOMO tu quænā nostri causa sustinuerit:
tum quo cum amore hæc perfecerit
omnia: tum deniq; quid nos ei retribuere
debeamus. Itaq; clamo ad te o pop. Chri- PRIMO
stiane ECCE HOMO, Christus Iesus Ho- quis facie
mo inquam supra omnes homines, quia e- iste homo
tiā Deus, vt modo ex Dauide audiuiſti,
cui ad stipulatur alter propheta dicens. Hic nempe Ho-
est Deus noster. Quid vero hic Deus noster quia Deus
fecit? Respondet. Post hæc in terris visus est Bar. 3.36.
& cum hominibus conuersatus est. Noris er-
go de quo nobis erit sermo quantus ille sit,
Is videlicet per quem omnia facta sunt & sine Ioan. 1.3.
ipso factum est nihil, teste nostro Ioanne. Qui
brachio suo & manu excella quæ nō opera-
tus est miranda & mirabilia? Nunc vero
manus ista en clavis cruci affixa sunt. O stu-
por! Propterea clamo secundo ECCE
HOMO non solum Deus, sed & homo ve-
rus, homo, quia carne & anima constans,
quia per omnia fratribus assimilatus teste Pau- Heb. 4.17.
lo, quia

*Scopus seu
quantum,
Et proposi-
tio quadri-
partita.*

*Homo cum
hominibus,
quia homo
Genes.*

mam hominis habuisse, & propterea minilo, q[ui]a ingentes dolores sentiēs, vt tū exagōnia, tū ex tota historia hodierna patet. Denī
vtrumq[ue] hoc ECCE expressit Ioan. cum inquit, Q[uod] fuit ab initio quib[us] verbis diuinitatē eius ab initio sine initio existētē notauit, de humanitate vero subne&t dicens,

*quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt, hæc enim omnia hominis sunt propria. Ceterum cogita quæso hunc ipsum hominem etiam secundum naturam istam non qualecumq[ue] hominem fuisse sed ortum fuisse ex profapijs quibus in mundo nihil fuit excellentius Progenitus est enim à Patriarchis, prophetis, & à regibus. Scias igitur non solum ex primo quatenus Deus est, sed etiam ex isto capite, quisnam fuerit hic qui talia qualia hodie recolimus propter nostram salutem sustinuit. Quid vero sustinuit? Respondet propheta *Cornua in manibus eius.* stupendum quid sane: quis enim audiuit vñquam aut hominem vñllum in manibus, aut etiam bestiam vñllam in anterioribus pedibus, quæ illis loco manuum sunt cornua gestasse?*

*SECVN-
DO Quæ
nostris cas-
sa sustinuit.
Homo non
homo.*

Est certe quod miremur, propterea audi tertium ECCE HOMO nempe Homo non homo. Quid sibi hæc contraria volunt? Non mea sunt sed ipsius Dei in scriptura expressa. Hominem illum esse iam au-

disti,

v. Iean. 1.1.

*Contempla-
re ergo quis
passitur.*

Heb. 3.4.

disti, non hominem vero nominari audi ex
 ore ipsius metu Iesu dicentis. Ego autem sum ver-
 mis & NON HOMO. Audis quomodo & non
 hominē se esse afferit & vermē se esse ait? in
 illo Psalmo qui totus est de passione ipsius
 quiq; ab illis verbis incipit, Deus Deus meus,
 quare me dereliquisti. Quoq; eris forte cur se vocet
 vermē? Respondeo, multas huius rei dari à
 doctoribus causas & rationes: at nos tribus
 cōtentī erimus quas ex historia hodierna li-
 babim⁹ potius quā tractabimus. Itaq; primo
 vermis proprium est horrorem quendam
 incutere hominibus, indeq; abominatio-
 nem. Quo fit ut siquidem vermis ille mag-
 nus fuerit, scindatur & in multas secedetur
 partes: si vero parvus conspuatur, vexetur,
 ac tandem pede ita conteratur, ut quidnam
 fuerit non agnoscatur. Abominationem
 expressam habemus in sequentibus Chri-
 sti verbis. Postquam enim dixisset se esse
 vermem subiungit opprobrium hominum &
 abiectione plebis: nempe factus sum. Id vero
 nos in actū hodierno tam clare videmus,
 quam quod clarissime. Tangamus aliquot
 capita, vnde & iam dicta & cetera eiusmo-
 di appearant. Incipiamus ab ipso horto. Ibi
 enim Iesus tum facie tum toto corpore hæ-
 ret terrae, adinstar vermis: ibi ter eundo, &
 redeundo ab Apostolis mouetur, & giratur
 præ angustia, ut vermis: ibi deniq; desudat
 sanguine quod an aliquis vermis faciat ne-
 scio: illud scio cum tum temporis vix for-

Sed Germis;
 P̄ al. 21. 7.
 Tribus de
 causis.

Primo quia
 abomina-
 bilis factus
 & utruus
 sit vermis.

1. In horte
 mulius no-
 minibus.

stri qui ad capiendum eum venerant, imo forte & ipse Iudas, eum non agnouerunt, donec diceret: EGO SVM licet alias fuerit eis bene notus. O mira diuina dispositio. ô stupēda humilitas, & charitas tua erga nos bone Jesu qui vermis fieri voluisti ut & nos faciamus quomodo nos pro vermis repudare, & vermiculi vermiculum diligere debeamus. Fac omnipotens ut faciamus.

*2. Initine-
re & apud
Iudas.*

Dicitur inde dominus Jesus noctu per faxa imo ut contemplantiui meditantur, corruens præ impetu, ab illa incitata & furiosi sañctorum turba, trahitur per terram, ut vermis: totaq; illa nocte identidem persecutur ut vermis, conspuitur ut vermis, calcib. petitur ut vermis, ac demum velatur facie ne quis nā sit agnosci queat. At vero in praetorio apud Pilatum multo plura talia habemus. Obmutescit ad accusationes aduersariorum ut pescis & vermis. Data deinde à Pilato sicut iniqua, ita seu sententia, ut licet innocens flagellaretur tamen: spoliatur vestibus suis, & nudus apparet, sua tantum pelle contextus ut vermis: tum innumeris pene flagellarum ictibus discinditur caro Jesu ut dissecari consuevit vermis. O dolor, ô ignominia. Insuper pungitur caput eius sanctissimum ut pungi consuevit caput serpentis vel alterius vermis, conspuitur denuo ut vermis, arundine caput feritur

*3. Apud Pi-
latum in
flagellatio-
ne. &c.*

vt

vt vermis, ad extremum, ita in corpore & facie laceratur & defadatur, vt an homo sit vix dignosci possit; indeq; vt iam diximus haec verba Pilati ECCE HOMO processerunt. Quo tempore illud Isaiae explici cœp-
vbi incipit
expleri pro
phetia.

tum est non est ei species neq; decor: Et vidi-
 mus eum, Et non erat aspectus Et desiderau-
 mus eum: Despectum Et nouissimum virorum,
 virum dolorum Et scientem infirmitatem, Et
 quasi absconditus vultus eius Et despectus, vn-
 de nec reputauimus eum. Ita vt & ipse Ethni-
 cus homo Idololatra vix eum pro homine
 agnosceret. Haec vero omnia tui causa, o po-
 pule Christiane facta sunt. Proinde clamo
 ECCE HOMO. NON HOMO sed ver-
 mis propter te tam male tractatus & vt ver-
 mis discisus, & pede quasi attritus est, O a-
 nima Christiana. Vide ergo quid illi respon-
 deas gratitudinis causa.

Sed nondum finis, itur & peruenitur ad
 montem Caluarie vbi eiusmodi multa vi-
 suntur, fessus & pra onere corruens in ter-
 ram I E S V S, vna cum cruce, vt quidam
 volunt iterum trahitur vt vermis; postea
 non misericordia, quia omnino ea caruit
 gens illa inopia, permota: sed timentes ne si
 Iesus in itinere moreretur, ipsi suo frustra-
 renur desiderio, quo ardebat vt viuis cru-
 ci affigeretur: crucem ferendam imponunt
 alteri. Iesus vero ducitur & perducitur ad

<sup>4. In moni-
te Calvaria
maxime.</sup>
 .LII locum

Num. 21. 9
locum extremi supplicij: vbi denuo non
iam aliquibus tantum ut prius, sed omnibus
omnino visendus exponitur nudus, ut ver-
Vbi & fi-

gura i Moses

Io. 3. 14.

Et dictum

*Isaie perse-
de comple-
tur.*

Iu. 53. 10.

Cohortatio

quid fuerit,

vix agnoscatur:

ita suo modo

dominus Iesus.

Dicitur autem

voluisse De-

us illum conterere,

quia conterendum lu-

dæis & Ethnicis per-

misit, imo suo modo

tradidit.

Itaq; iterum clamo ECCE HO-

M O ô Christiane propter te sic cōstitutus ut

quasi NON HOMO cōstimate-

re. Intue-

rejicitur illum, despectus fuit à suis Iudæis, ob

quos inprimis venerat: sic honoratus tibi

qui in eorum locū successisti, viderunt eum

nouissimum virorum,

videas tu cum præ-

stantissimum omnium,

qui fuerunt, sunt, &

futuri erūt hominum.

Aspergerent illi eum

virum dolorum & scientem infirmitatem,

no-

ris tu quoq; tū cōdolere ei, iū dolores pillo

et iā voluntarios suoscipere: tum scire & por-

tare infirmates aliorum.

Fuit illis abscon-

ditus

ditus *vultus eius*, sit tibi apertus ut illum no-
ctu, atque interdiu intuearis, & ad normam
eius vitam moresque tuos dirigas: denique
ipsi non reputauerunt eum, tu reputa & a-
dora ut Deum, ut redemptorem, ut conser-
uatorem, ut auctorem salutis tux.

Deinde vermem se vocat quia ipso tan-
quam vermiculo captus est Sathan, & liga-
tus sicut ex Job audiuimus. Nostis enim
eum qui pescem hamo capere desiderat ha-
mum vermiculo cooperire consueisse: ita *secundo*
vermis fuit
quo captus
est Leuta-
than.
Iob. 40. 20.
fecit hic vermiculus noster Christus Jesus,
qui cum diabolum ipsumq; Luciferum Le-
viathan, balenæ videlicet marinæ compa-
ratum capere vellet, hamum diuinitatis suæ
cooperuit vermiculo humanitatis suæ, quā
dum deuorare vult Sathan & capit capitum;
de quo plura superius diximus ex D. Grego-
rio, Beda & aliis.

Postremo comparatur vermi propter te-
neritudinem. Scimus enim cum experien-
tia, tum è scriptura verme rem tenerimam
esse. Nam in laudibus Dauidis figuram
Christi gerentis dicitur. *Dauid sedens in ea-*
theda sapientissimus Princeps inter tres ipse est,
quasi tenerimus ligni vermiculus, qui octingen-
tos interfecit impetu uno. Pulchrum elogium
Dauidis, sed multo pulchrius filij Dauid
Christi Jesu, Subsistamus hic parumper, ut
reliquum historiæ diei hodiernæ percura-

LII 2 mus.

Tertio Ver-
mis fuit ob
teneritudi-
nem.

Figura in
Dauid epul
chram mis.

NOTA.

2. Reg. 23. 8

mus. Quonam modo hic filius Dauid, sedens in cathedra, nempe in cruce docuerit suos, in prioribus concionibus his iam à me explicatum audistis, nec est quod repeta-
mus, sed est quod diligenter perpendamus,

Christus sa quomodo sapientissimus Princeps J E S V S,
pietissimus non inter tres, sed simpliciter p̄e omnibus
Princeps hominibus cum morti se accingeret distri-
distribuit buerit bona sua. Audite rogo & sectamini.
sua.

1. Bona ex- Minima bona sunt bona externa. Hec im-
terna car- mobilia quidem quæ vocantur, nulla ha-
nificibus. buit. Nam deerat illi ubi caput rechinaret
Matt. 8. 20 suum : mobilia vero, si quæ in hirsu com-
muni fuere, abstulit traditor. Soli igitur
vestes ei remanebant, has dedit carnificibus,
qui illum crucifierunt. Videtis quanti hæc
ipse estimet? Neq; tunc modo, sed etiam
nunc idem facit. Aspice quam vocamus
mappain mundi, & videte quam paucas ter-
renas ditiones totius orbis occupent boni
& pij Catholici p̄e Ethnici, Turcis, Tar-
taris, hæreticis, schismaticis ceterisq; impijs.
O si hæc ita vii conuenit consideraremus
quam essemus moderatores in istis conse-
ctandis, quam nunc sumus? quam multi es-
semus obediētes d̄i & illi Apostoli Habentes

¶ Tim. 6. 8 autem alimenta & quibus regamur his con-
Regula. tenti simus. Regulam do ex facto Christi.
Si afflant diuinx, vide ne cor apponas sed
vt bene illis utaris: Si desunt, vide ne anga-
ris,

ris, cum noris id non esse signum gratiæ Christi, quod datur crucifixoribus Christi.

Deinde iniurias & pœnas quas tulit & pertulit acerbissimas, atrocissimas, crudelissimas, condonat inimicis: insuper etiā orat pro eis. Duo igitur illis donat tum iniurias tum orationem. O aurea & pernecessaria doctrina quam si omnes Christiani sectarentur, quam cito ruine cælestes implerentur? Po-

2. Iniurias
in se colla-
tas, & ora-
tionem do-
nat inimi-
cis.

stea thesaurum quem habuit preciosissimum dedit discipulo suo. Mariam inquam matrem suam Ioanni: & Ioannem Mariæ Qua de causa? Duplici, vnam iam audistis nempe quia virginem virgini commendavit. Alteram ipsum Euangelium insinuat, quia sub cruce perseuerauerunt cum Iesu. Fac tu idem, castè iuxta tuum statum viuas, & fles perseueranter sub cruce, quam ant ipse Iesus tibi imposuit, aut tu pro amore eius ultro eam suscepisti, & nihil dubites tibi Mariam matrem Iesu, te vero Mariæ à Iesu commendatum iri: O felix anima cui id contigerit.

3. Matrem
Ioanni &
hunc matri
tradit.

Quid præterea? dat & donat liberaliter paradisum, non terrenum sed cælestem (vbi enim Christus est ibi cælestis paradisus est.) latroni non latroni, olim enim latro fuit, sed postquam de latrocínio suo penitentiam egit non latro sed pius, sed bonus, sed sanctus fuit, quod euentus & verba Christi

Docebat per
seuerantia
coronari.

4. Para-
disum donat
latrons.

comprobarunt. Tu si imitatus es illū in primo, quis vero aliter de se sentiet, qui quot animas malo suo exemplo mactauerit serio considerabit? irritare etiam in secundo. Nec differas, ne tibi quod sinistro latroni eueniat. Postea donat nobis robur suum & accipit in se infirmitatem nostrā, iuxta quā inquit DEVS MEVS VT QVID DERE LIQVISTIME. Et iterum inquit SITIO Rem euentus probauit tum in Apostolis qui cæsi ibant gaudentes: tum in alijs martyribus etiam fœminis, quæ ad tormenta sicut ad nuptias currebant: tū in innumeris alijs qui sitim, famem, &c alia corporis incommoda grauissima, lætissimi pro Christo sustinebant, in quorum numero Pau. Apost. seipsum collocat. Post hæc dicens CONSVMMATVM EST, dedit Iudeis quidē finem veteris Christianis vero initium noui testamenti. Ideo Centurio & Longinus Ethnici conuertuntur, ideo summus Pontifex in decretis errare incipit, quod nunquam alias fecit, ideo velum templi scinditur, vt interna & spiritualia externis & corporalibus succedant Tene Catholice quod accepisti, & ita viue, vt tu quoq; in extremis positus in veritate dicere queas CONSVMMATVM EST. Nec non illud postremum PATER IN MANVSTVAS COMMENDO SPIRITVM MEVM quibus verbis Chri-

*3. Robur
suum dat
fidelibus.*

125. 41.

*2. Cor. 11.
6. Dat finē
Veteris prim
cipium no
ni Testa
menti.*

*7. Spiritum
suum patri
tradidit.*

Christus quod ultimum & præstantissimum habuit Deo patri tradidit.

Hæc sapientissimus princeps ex Cathedra Christus sua. Jam relquum prophetæ prosequamur. Fuit enim Christus non solum princeps, sed etiam quasi tenerimus ligni vermiculus. Tenerimus inquam, quia nullus unquam illo fuit complexionis tenerioris, idcirco etiam parua tormenta magnos ei inferebant cruciatus, quid tanta & talia? Hæc tu cogita & gratus es: Fuit & ligni vermiculus tum quod in ligno pependebat: tum quod lignum per quod mors in mundum intravit absq; dentibus corroserit: Deniq; iste tam debilis & infirmus vermiculus non oclingentes ut David sed plane innumeros tum Idololatras, tum dæmonas hodie interficit impetu uno illis quidem gratiam conversionis merendo, hos vero per cornua que erant in manibus eius, clavos videlicet & crucem ventilando, ac virus viresq; illorum debilitando, dominiumq; auferendo. Oportestas. O bonitas.

Qua vero cū charitate hæc peregit universum sanctissima trinitas tradendo, tū verbum incarnatum patiendo, quis enarrabit? imo quis vel mente assequi poterit? Atttingamus quædam contemplando & conferrando, excessiuosamores cum factis Dei, & Iesu. Itaque primum ingentis amoris si-

LII 4 gnum

TERTIO
quacum
charitate
hæc per ad
fuerint.

Cornua im
manibus
eius.
Hab. 3. 4.
Psal. 43. 6.

tenerimus
granissimos
suffert do
lores.

Christus
ligni & ver
miculus
dupliciter.

Christus
interficit
impetu & no
innumerat.

*Sigma 14.
pendit ambo
rus.*

*1. Cum ma-
ximum pro-
minimo da-
tur. Id fecit
Deus Pater*
*vt filium suum vni genitum daret. Secundum.
Isa. 53.8.
Ioan. 3.16.*

*2. Cum su-
permissus pa-
titur pro in-
fimo. Sic filius
Der.*

*3. Cum opti-
quies defert.
tur & ne-
quam sola
men ha-
beat.
Id egit Spi-
ritus san-
ctus.*

*4. Cum ho-
nor nobilis
scitur ob/ceu-
ratur, ob/ig
nobilis
Id Trinita-
tu opus.
Eph. 4.30.*

gnum est, cum quis pro minori bono quod desiderat, dat multo maius, imo maximum: Ita fecit Deus pater qui ut seruum saluaret vnicum filium tradidit ad tanta tormenta. Id testatur tum Isa. ut iam audistis, tum ipse filius Deicum inquit sic Deus dilexit mundum Dens Pater ut filium suum vni genitum daret. Secundum. Quando quis propter rem vilissimam exponit se magnis periculis, & subit ea. Ita filius Dei verbum patris ut vilissimum & in- gratissimum mancipium redimeret, iniecit se hodie in mare tormentorum, p. quæ & mortem subiit turpissimam. Quare & vitam daret homini scelerato.

Tertium indicium maximæ amoris est, cum quis contristat suos, ut soletur quem amat, licet & vilem, & ingratum nequam; Sic fecit Spiritus sanctus quando deseruit eum à quo procedit, & qui secundum humanitatem ex virgine ipso superveniente natus est, hunc enim ita deseruit ut clamaret quod paulo ante audistis DEVS MEVS etc. Fe- cit autem id ut consolationes daret spirita- les homini, qui toties cum contristauit & adhuc teste Apostolo contristat. Quartum cum quis propter eum quem amat obliu- scitur honoris & auctoritatis sua. Ita San- ctissima Trinitas propter hominem redi- mendum obnubilavit quodammodo, & obumbravit attributa sua omnia, cum om- nipotens

nipoteus factus est quasi impotens, omnibus se percutientibus cedens, cum sapientissimus pro stulto reputatus est, tum ab Herodetum à Iudeis, tum ab Ethnicis. Cum gloriofissimus innumeris afficitur ignominia: cum optimus pro latrone pendens, inter latrones reputatur, cū ipsa iustitia iniuste indicatur, ipsa aeternitas moritur, ipsa impassibilitas patitur. Quis ad hæc stupenda diuini in nos amoris signa non obstupecat?

Præter hæc in ipso verbo incarnato Christo Iesu alia similia amoris monumenta perpendere, & possumus, & debemus. Nonne magni desiderij & amoris signū est quod paruo precio habere queas magno emere? Id vero fecit Christus qui cum vna gutta sanguinis sui, imò solo actu oblationis post incarnationem cum impletum est illud Davidicum: *Et dixi ecce venio*, posset redimere genus humanum vniuersum, amore stimulante, totum quem habuit effudit pro nobis suum sacrum cruentum, vsque ad ultimam guttam quæ circa cor latebat, quam lancea aperto latere extrahi sibi passus est post mortem. O amor. Sed & inde summa ipsius erga nos charitas visitur, quod non solum in omnibus quæ habuit nempe in anima, corpore, fama, & alijs cruciatus sustinuit, sed etiam ita illos dispositus ut atrociores sem-

LII 5 per

*Christi Ge-
ro Iesu in-
super amor
elucet.*

*5. Quia
quod parus
habens po-
tuit maxi-
mi emit.*

NOTA.

Psal. 39.3.

*6. Quia ma-
iora semper
sustinuit.*

*7. Quia pro
enimicis
mortuus
quod Paul.
exaggerat.
Rom. 5, 6.*

per succederent, O miranda, veneranda, amanda tua Christe consilia; Expressit & aliud immensum amoris erga nos argumētum Paulus, cum mirando inquit *Christus* *exaggerat.* *pro impiis mortuus est;* causamq; admiratio-nis lux adfert *vix enim pro iusto quis moritur,* nam pro bono forsitan quis audet mori. Audis quomodo dubitat an reperiatur quis ipsam qui pro bono moriatur, pro scelerato verò mori inauditum reputat; *Quod tamen fecit Christus Iesus:* Sit nomen eius benedictum in æternum.

*8. Fuit a-
mor in fine
intensius.*

Fuit præterea amor Christi non ut motus violentus qui in fine flaccescit sed per modum naturæ, cuius est quo magis termino appropinquat eo fortius moueri: Ita Iesus quo plus morti appropinquarebat eō intēsius amabat. Fuit insuper verus amor amicitia, cuius munus est in amore nullum proprium, sed commodum amati querere. O quam id in Christo verum, in nobis rarum? Fuit denique & vnitius nimis & excessiuus vehementer.

*QVADR-
TO Retri-
buendus a-
mor pro a-
more.*

Quid verò pro his omnibus reddemus illi? Non video charissimi, nec puto quicquam in mundo inueniri, quod amoris respondere queat aliud, quam amor ipse. At inquistalem ego reddere amorem nequeo Christo, qualém ipse mihi exhibuit. Id quidem certissimum, sed & illud verum IESVM, quæ ipsius est bonitas amanter suscep-

cepturum, si dederis talem, qualem, dare
vales. Id igitur agamus obsecro & per vis-
cera mortis eius obtestor. Modos quibus id
fieri debeat alias frequenter prescripsi; nunc
quia multis agendi tempus non datur, istud
tantum inculco, ut perpendentes quae re-
censuimus miranda in nos diuini amoris ar-
gumenta, totis viribus Deum Christumque
Iesum redamare studeamus. Nam etsi ad
eorum perfectionem pertingere nemo; illos
tamen imitari omnes possunt. Demus ali- Exempla
quot exempla; Mortuus est Iesus pro ini- quatuor.
micis, desine tu esse eius inimicus, sed age
penitentiam, quae initium est amoris Dei.
Simulque sis paratus in posterum mori po-
tius, quam Iesum peccato latali offendere;
id enim est veri amici. Rarsum, emit te
Christus magni, nempè sanguine suo diu-
no, emas tu illū paruo, facultates tuas pau-
peribus erogando, & opera misericordia ex-
ercendo, ut ipse te docuit. Item dedit pa-
ter maximum pro minimo, des tu illi mini-
mū pro maximo. Quid enim minus corde
tuo? quid verò maius Deo? Fac igitur ut
cor tuum thronus Dei sit perpetuus. Fac
ne quid aliud velis, quam diuinam implere
voluntatem: fac ut quantum vales puro
corde ames Deum. Cor enim receptaculum
amoris est. Ad instar horum: tu plura ex
dictis collige, & tibi applica diuinamque in-

te

1266 PASS. DOM. N. IESV CHRISTI.
lib. 5. fol. 50. 3. In Rodenborn. a. 1570.
te charitatem excitare, augere, perficere,
satage. Nos vero unde cœpimus ibidem fi-
niamus.

Conclusio
ECCE HOMO.

Itaque clamo iterum iterumque ECCE
HOMO, O anima Christiana, homo in-
quam propter nostram salutem reprobatus
à synagoga, cum tanta quanta audiuislis im-
pietate: cruci affixus ab Ethnicis, cum tanta
crudelitate: oblatus à patre, cum tanta cha-
ritate: deploratus à matre, cum tanto dolo-
re: suscepitus ab ecclesia, cum tanto hono-
re: ECCE HOMO. Intuimini; & imi-
tamini cum singula membra corporis ip-
sius, & cum matre vestra ecclesia honorate
eum, non verbis tantum & lingua: sed ma-
gis opere & veritate, ECCE HOMO:

Pontifices.

Aspicite ergo eum vos in primis ô Pontifi-
cès & pastores, aspicite summum Pontificem
& pastorem animam suam ponentem pro
ouibus suis; vt & vos ad idem præstan-
dum armemini. Aspicite sacerdotes pri-
mum sacerdotum hostiam immacula-
tam patri immaculata offarentem: vt
& vos sancti & immaculati existentes san-
ctissimam hostiam istam quotidie sancte
offerre Deo valeatis. Aspicite reges, nobi-
les, domini, regem regum, & dominum
dominantium corona spinea redimitū pen-
dentem in cruce: vt vostum à tyrāside tum
ab omni inordinato honoris ambitu ab-
sterreat.

Sacerdotes.

Reges.

Apoc. 19. 14

sterreat. Aspicite iudices supremum iudi-
 cem iniustè condemnatum : vt vos vestri
 admoneamini officij. Aspicite denique, ver-
 bis vos alloquar Apostoli & Christiani vni-
 uersi. *Aspicite ad autorem fidei & consummato-*
rem Iesum qui proposito sibi gaudio sustinuit
crucem, confusione contempta. Aspiciamus
 igitur dilectissimi ad autorem fidei nostræ il-
 lique fidem datam seruemus fideliter: aspi-
 ciamus ad *consummatorem Iesum, vt & nos*
 iuxta vocationem quilibet suâ consumma-
 ti reperiamur. Sustinuit ille voluntarie cru-
 cem propter nos, sustineamus nos quo-
 que ea quæ nobis imposta fuerint libenter
 & alacriter. Cōtempsit confusionem domi-
 nus Iesus cui omnis honor & gloria debeba-
 tur, confusionem nostri causa tolerando:
 contemnamus & nos qui omni confusione
 digni sumus eam, propter illum obsecro &
 obtestor, ita vt nullum propter quamuis
 confusionem tolerandam peccatum mor-
 tiferum cōmittamus vñquam. Id enim si fe-
 cerimus ad propositū gaudium peruenie-
 mus certissimè, vbi Christum Iesum Domi-
 num nostrum viuentem ac regnantem
 in æternum videbimus.
 Amen.

Judicer.
 Omnes es
 D. Paulus
 Heb. 12. 2a

Laus D E O, Virginiq
Matri MARIE.

